113. — Ein kleiner Beitrag zur Flora von St. Petersburg; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1839. p. 412—414 (b. Tr.). Separatim typis excusum s. i. l. et a. 8. 3 p. (b. Tr.). — *Salicem angustifoliam Wulf., S. silesiacam W. (var. leiocarpam latifoliam) et S. Meyerianam Roth., nec non Hieracii Pilosellae L. var. aurantiacam, in vicinia Petropolis a Prescott lectas esse autor docet.*

114. — Revisio Artemisiarum Musei regii Berolinensis, cujus partem constituit Herbarium Willdenowianum; in: Schlechtend. Linnaea.

XV. 1841. p. 83—111 (v. in b. Hort. Petrop.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 29 p. (p. 83—111) (b. Tr.). — *Specierum enumeratio observationibus ornata offertur.*

115. — Ueber die russischen Artemisien im Willdenowschen und im Allgemeinen Königlichen Herbarium zu Berlin; in: Bull. scient. de l'Académie d. sc. de St. Pétersb. VIII. 1841. p. 298—304 (b. Tr.). — *Species rossicae 33 herbarii Willdenowiani et 10 species herbarii generalis Berolinensis enumerantur, annexis autoris correctionibus et adnotationibus variis.*

116. — De Artemisia virente Mönchii deque Santonica Linnei epistola; in: Schlechtend. Linnaea. XV. 1841. p. 699—703 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Artemisiam virentem Mönch. ad Art biennem Willd., Artemisiam Santonicam L. autem ad Art. monogynam Waldst. et Kit. esse referendas Besser docet.*

117. — Monographiae Artemisiarum sectio I. Dracunculi; in: Mém. pres. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. IV. 1845. p. 445—488. 13 tab. (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. 4. 44 p. (p. 445—488) 13 tab. (b. Tr.). — *Autor 15 species (6 rossicas) describit et ex parte iconibus illustrat, neque earum synonyma et patriam negligit.*

118. **Bieberstein, liber baro Fridericus Augustus Marschall a.** Tableau des provinces situées sur la côte occidentale de la mer caspienne entre les fleuves Terek et Kour. St. Pétersb. 1798. 4. 120 p. (b. Tr.). — *In p. 57—68 et 105—108 de florae indole in universum tractatur, in appendice (p. 111—120) autem 40 species novae describuntur.*

119. — Beschreibung der Länder zwischen den Flüssen Terek und Kur am Caspischen Meere. Frankf. a. M. 1800. 8. 211 p. (b. Tr.). — *In p. 73—83 de vegetatione plagae commemoratae generaliter disseritur, in p. 123—207 species novae 74 fuse describuntur, denique in p. 208—211 nomina 199 specierum jam antea cognitarum, in regione caucasica vigentium, adjiciuntur.*

120. — Sur les genres Salsola, Anabasis et Polycnemum; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. I. 1806. p. 132 seq. (edit. II^ae. 1811. p. 95—117) (b. Tr.), IV. (edit. II^ae. 1830) p. 3—25 (b. Tr.). — *22 species Salsolae, 7 species Anabaseos, 10 species Polycnemi in Rossia indigenae describuntur, additis earum synonymis, habitationibus et stationibus.*

121. — Description d'une nouvelle espèce de Carex ou Laiche; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. II. 1809. p. 103—105. 1 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Carex physodes M. Bieb. describitur et in tabula annexa repraesentatur.*

122. — Flora taurico-caucasica exhibens stirpes phaenogamas, in Chersoneso taurica et regionibus caucasicis sponte crescentes. Charkoviae. 8. T. I. 1808. VI. 428 p., T. II. 1808. 477 p., T. III. Supplementum. 1819, V. 654 p. (b. Tr.). — *Exclusis speciebus nonnullis ab ipso Biebersteinio in supplementis cum speciebus aliis conjunctis, nec non Charis tribus, 2322 species phaenogamae recensentur, additis earum synonymis, locis natalibus, stationibus et florendi tempore. Generum characteres, specierum diagnoses vel descriptiones, nec non observationes variae, afferuntur.*

123. — Description d'un nouveau genre de plantes de la famille des Amaranthes; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. V. 1817. p. 21—26 (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. 4. 8 p. 1 tab. (b. Tr.). — *Hablitzia tamnoides M. Bieb. descriptione et icone illustratur.*

124. — Centuria plantarum rariorum Rossiae meridionalis praesertim Tauriae et Caucasi iconibus descriptionibusque illustrata. Fol. maj. Pars I. Charkov. 1810. 50 fol. 50 tab.; Partis II decades I—III. Petrop. 1832—1842. 30 fol. 30 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Iconibus plantarum coloratis cum generum characteres essentiales tum specierum diagnoses, descriptiones, synonyma et florendi tempora adjiciuntur.*

125. — Stirpium quarundam Caucasi rossici et planitierum illustratio. *Commentatio haec manu scripta in Academia scientiarum Petropolitana exstat, in lucem autem haud prodiit.*

126. — Flora rossica. *Opus hoc manu scriptum in Academia scientiarum Petropolitana asservatur, publici juris autem nunquam factum est.*

127. **Bjeljawski (Бѣляевскій), Fr.** Поѣздка къ Ледовитому морю. Москва 1833 (v.). — *In p. 211—226 catalogus plantarum in itinere secus fl. Oby inferiorem ad mare glaciale collectarum exhibetur.*

128. **Bienert, Theophilus.** Riga. Vegetations-Periode in den Jahren 1854, 1855 und 1856; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. IX. 1857. 3 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Tempora indicantur, quibus plantarum species nonnullae annis 1854—1856 Rigae in varias vegetationis phases intrarunt.*

129. — Floram balticam speciebus 4: Asperula Aparine, Galio aristato; Scirpo triquetro et Chenopodio Botry, antehac in regione baltica non lectis, ditavit in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch. zu Dorpat. II. 1869. p 250 (v. in b. Hort. Petr.).

130. — Ad fl. Windau Curoniae Thalictrum minus, Cirsium Erisythalem et Mentham sylvestrem se invenisse refert in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch. zu Dorpat. II. 1869. p. 26 (v. in b. Hort. Petr.).

131. — Reisebericht; in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch. zu Dorpat. II. 1869. p. 117—121 (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantae nonnullae in insula Osilia et in Curonia lectae commemorantur.*

132. — Baltische Flora, enthaltend die in Esth-, Liv- und Kurland wildwachsenden Samenpflanzen und höheren Sporenpflanzen (non v.). — *Opus hoc prelo summissum erat, impressio autem nunquam ad finem perducta est. Solummodo ejus p. 1—76 anno 1872 tanquam dissertatio Dorpati editae sunt (v. in b. Winkleri) et claves systematis, familiarum inde a Filicibus, nec non generum a Filicibus usque ad Aristolochieas, continent.*

133. — Coniferen; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga XX. 1874. p. 34—36 (v. in b. Hort. Petr.). — *De Abietineis, Cupressineis et Taxineis in provinciis balticis indigenis vel cultis autor loquitur.*

134. **Blaese, Gustavus Henricus.** Die natürlichen Familien der wildwachsenden Phaenogamen der baltischen Provinzen Liv-, Kur- und Esthlands. Mitau 1861 (non v.). Neue Ausg. Riga 1868. 8. 62. VI. 63 p. 6 tab. (v. in b. Hort. Petrop.). — *Operis sectio prior varii argumenti est et in p. 12—19 indicem alphabeticum familiarum et generum, in p. 20—41 autem catalogum alphabeticum generum et specierum phaenogamarum continet; sectio altera systematicu familiarum descriptiones offert.*

135. **Blank (Бланкъ), Petrus.** Описаніе полезныхъ растеній, дикорастущихъ въ средней полосѣ Европейской Россіи. Вып. I. Съѣдомые Грибы. Москва 1862 (v.).

136. **Blasius, J. H.** Reise im Europäischen Russland in den Jahren 1840 und 1841. Braunschw. 1844. 2 voll. (v. in b. Hort. Petr.). — *Itinerario huic observationes numerosae geographiam plantarum spectantes inspersae sunt.*

137. **Blomqvist, A. G.** Eine neue Methode, den Holzwuchs und die Standortsvegetation bildlich darzustellen. Sechs Vegetationsbilder aus Nord-Finnland und Lappland; in: Bidr. till känned. af Finl. natur och folk. Haeft. 31. 1879. p. 145—153. 6 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Sylvarum indolis describendae et graphice representandae methodus nova proponitur et exemplis illustratur.*

138. **Blytt, Axelius.** Bidrag til kundskaben om Vegetationen paa Nowaja Semlja, Waigatschöen og ved Jugorstraedet; in: Vidensk. Selsk. Förhandl. Kristiania 1872 (non v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 13 p. (v. in b Hort. Petr.). — *Species 194 (7 Algae, 56 Lichenes, 24 Musci, 4 Filicoideae, 103 Phaenogamae) enumerantur, quarum tantum nomina et loca natalia afferuntur. Phaenogamarum 69 species in ipsis insulis Nowaja Semlja lectae indicantur, reliquae autem in freto Jugorski Schar vel in insula Waigatsch repertae sunt.*

139. **Bode (Боде), Adolphus.** Notizen, gesammelt auf einer Forstreise durch einen Theil des Europäischen Russlands. St. Petersb. 1854. 8. 399 p. 8 tab. Sistit tomum XIX^m^ operis: v. Baer und v. Helmers. Beitr. zur Kenntn. des Russ. Reiches (b. Tr.). — *Insunt observationes in distributionem geographicam arborum et fruticum, sylvas plagae ab auctore visitatae constituentium.*

140. — Verbreitungs-Gränzen der wichtigsten Holzgewächse des europäischen Russlands und Beitrag zur Würdigung der Forstwirthschaft in Russland; in: v. Baer und v. Helmers. Beitr. zur Kenntn. des Russ. Reiches. XVIII. 1856. p. 1—107. 3 mappae geogr. (b. Tr.). Seorsum excusum: Petersb. 1851. 8. 107 p. 3 mappae geogr. (b. Tr.). — *Limites nunc boreales nunc meridionales 45 specierum plantarum arborescentium vel frutescentium intra Rossiae europaeae fines observatos autor exponit et in mappis geographicis repraesentat.*

141. — Нѣсколько замѣчаній о произрастаніи дуба въ Россіи; in: Журн. Мин. Гос. Им. XLII. 4. p. 115 seq. (v. in b. Hort. Petrop.). — *Sistit excerptum e commentatione quadam ejusdem autoris, operi: Лѣсной Журналъ. 1851. № 1 et 2 (non v.) inserta. Quercum pedunculatam Ehrh. imprimis Rossiae europaeae plagas septentrionales et orientales diligere et usque ad Petropolin ac in partem australem gubernii Kostroma procedere, — Quercum sessiliflоram Sm. autem regiones Rossiae meridionales et occidentales praeferre et ejus limitem septentrionalem oppida Tschernigow, Kursk, Tambow et Ssaratow percurrere, autor docet.*

142. **Boeber, Johannes a.** Pflanzen in Taurien; in: G. Chr. Reich's Magazin des Pflanzenreichs. I. Erlang. 1793 (non v.).

143. — Schreiben aus Ekaterinoslaw; in: Pall. Neue Nord. Beitr. VI. 1793. p. 256—264 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Plantae numerosae commemorantur, quas Boeber in itinere inter Petropolin et Jekaterinoslaw nec non prope Krementschug ad fl. Borysthenem legit.*

144. **Bogdanow (Богдановъ), Modestus (Модестъ Николаевичъ).** De districtibus zoologicis quinque et de formationibus geologicis posttertiariis tribus in tractu gubernia Kasan, Ssimbirsk, Ssaratow et Pensa complectente discernendis disserit simulque vegetationem hujus plagae tangit in: Проток. 7 засѣд. Общ. Естеств. при Имп. Казанск. Унив. 4 Ноября 1869 г. p. 59—65 (v. in b. Hort. Petr.).

145. **Bogorodski (Богородскій).** Das Land Gijiga; in: Erman's Archiv. XIV. p. 333—368 (v. in b. Hort. Petr.). Rossice in: Журн. Мин. Внутр. Дѣлъ. 1853. Октябрь (non v.). — *Circiter 45 plantae indigenae, imprimis arbores et frutices, verum etiam herbae quaedam utiles, commemorantur.*

146. **Boguslaw (Богуславъ).** Ein Blick auf die Flora der Umgegend von Archangel; in: Erman's Archiv. VI. 1848. p. 49—70 (v.) Primitus prodiit rossice in: Лѣсной Журн. 1846. № 1 (non v.). — *In versione germanica stirpes numerosae secundum loca natalia et stationes digestae enumerantur et 6 species novae (Ranunculus scandens Bogusl., R. Baerianus Bogusl., Seseli aspergillifolium Bogusl., Atriplex nudicaulis Bogusl., Sedum maritimum Bogusl. et Artemisia sericophylla Rupr.) describuntur.*

147. **Boissier, Edmundus et Fridericus Alexander Buhse.** Aufzählung der auf einer Reise durch Transkaukasien und Persien gesammelten Pflanzen; in: Nouv. Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. XII (XVIII). 1860. I—LXVII, 1—246, I—VIII et I—LIII p. 10 tab. 1 mappa geogr. (b. Tr.). — *Sistit indicem locupletissimum plantarum a Buhse lectarum, additis earum synonymis, habitationibus, stationibus, florescentiae et maturitatis temporibus, nec non observationibus variis, specierum novarum descriptionibus et iconibus pluribus.*

148. **Boissier, Edmundus.** Flora orientalis sive enumeratio plantarum in oriente a Graecia et Aegypto ad Indiae fines hucusque observatarum. Genevae et Basiliae. 8 maj. Vol. I. 1867. XXXIV, 1017 p., vol. II. 1872. 1159 p., vol. III. 1875. 1033 p., vol. IV. 1879. 1276 p. (b. Tr.). — *Opus hoc nondum absolutum quoque floram*

Rossiae transcaucasicae et centrali-asiaticae respicit. Familiae, genera et species omnes describuntur et observationibus variis illustrantur, specierum singularum distributio geographica exponitur earumque in oriente habitationes cognitae, stationes, duratio et synonyma afferuntur. Specierum novarum magna copia proponitur.

149. **Bongard (Бонгардъ), Henricus Gustavus (Густавъ Петровичъ).** Sedum verticillatum L.; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI. ser. Sc. nat. T. I. 1835. p. 85—87. 1 tab. (v. in b. Hort. Petr.). Etiam seorsum impressum est (non v.). — *Descriptio et icon Sedi verticillati L. offeruntur. Ex autoris opinione species haec verisimiliter nil nisi S. purpurei Lk. varietas.*

150. — et **Carolus Antonius Meyer.** Verzeichniss der im Jahre 1838 am Saisang-Nor und am Irtysch gesammelten Pflanzen; in: Mém de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. nat. IV. 1845. p. 157—246. 16 tab. (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum: St. Pétersb. 1841. 4. 90 p. 16 tab. (b. Tr.). — *In indice hoc etiam 16 species novae exstant, quas autores descripserunt et adumbrandas curaverunt.*

151. **Bonsdorff, Ernestus.** Öfversigt af Gustaf Adolfs sockens Flora; in: Notis. ur Sällsk. pro fauna et flora fenn. förh. Sjunde häft. 1867. p. 55—81 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 27 p. (b. Tr.). — *Catalogus 565 stirpium (401 Phanerogamarum, 26 Filicoidearum, 135 Muscorum et 3 Chararum) offertur, additis rariorum locis natalibus.*

152. **Bordsynski (Бордзынскій), A. (Авндъ Факунд.).** Естественно-историческія замѣтки изъ путешествія по Олонецкой губерніи; in: Журн. Мин. Нар. Просв. 1867. Октябрь. p. 606—670 (non v.).

153. **Borgmann, Hannibal.** Plantes rares du gouvernement de Moscou; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1842. III. p. 699—700 (b. Tr.). — *Species 42 enumerantur, quarum 15, uti autor opinatur, in gubernio mosquensi antehac non reperta erant.*

154. **Borodin (Бородинъ), K.** Альгологическая Экскурсія въ окрестностяхъ г. Херсона и въ мѣстностяхъ, лежащихъ внизъ по Днѣпру отъ Херсона; въ Зап. Нов. Росс. Общ. Естеств. IV. 1877. 2. p. 1—9 (b. Tr.). — *Algarum species 90 in gubernio Cherson inventae enumerantur. Nil nisi nomina.*

156. **Borszczow (Borscow, Borstchof, Борщовъ), Elias (Илья Григорьевичъ).** Fungi ingrici novi aut minus cogniti, iconibus illustrati; in: Beitr. zur Pflanzenk. d. Russ. Reiches. X. 1857. p. 53—64. 8 tab. (b. Tr.). Etiam separatim prodiit (non v.). — *Species 7, quarum 5 novae, descriptionibus et iconibus illustrantur.*

157. — Compte rendu général sur les résultats botaniques, obtenus pendant un voyage dans les régions Aralo-caspiennes en 1857 et 1858; in Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVII. 1859. p. 471—479 (b. Tr.). — *De deserti aralo-caspici vegetatione generatim quaedam afferuntur.*

158. — Die Aralo-caspischen Calligoneen; in Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. T. III. n. 1. 1860. 45 p. 3 tab. (b. Tr.). — *In p. 1—24 de Calligoneis in universum tractatur, in p. 24—42 autem 20 species (11 novae) describuntur, adjectis earum synonymis, habitationibus, stationibus et iconibus.*

159. — Die pharmaceutisch-wichtigen Ferulaceen der Aralo-caspischen Wüste, nebst allgemeinen Untersuchungen über die Abstammung der im Handel vorkommenden Gummiharze: Asa-foetida, Ammoniacum und Galbanum; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII. ser. T. III. n. 8. 1860. p. 4—40, 8 tab. (b. Tr.). — *De plantis Asam foetidam, Ammoniacum et Galbanum largentibus disseritur et Scorodosmatis foetidi Bge., Dorematis Ammoniaci Don. et Ferulae Schair Borszcz. descriptiones et icones exhibentur.*

160. — Mittheilungen über die Natur des Aralo-caspischen Flachlandes; in: Würzburg. Naturw. Zeitschr. I. 1861. p. 106—143, 254—295 (non v.).

161. — Матеріалы для ботанической географіи Аралo-Каспійскаго края. С.-Петерб. 1865. 8. 190 p. 2 mappae geogr.

(b. Tr.). Sistit additamentum ad vol. VII. operis, quod inscribitur: Записки Императорской Академіи Наукъ. — *De deserti Aralo-caspici indole et de distributione geographica plantarum per hanc plagam fuse tractatur.*

162. — Ein Beitrag zur Pilzflora der Provinz Cernigow; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XIII. 1868. p. 219—245 (b. Tr.). Etiam seorsum impressum (non v.). — *Fungorum 173 species enumerantur, additis earum habitationibus et stationibus.*

163. — Матеріалы для флоры водорослей Черниговской губерніи; in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. I. вып. 1. 1870. p. 44—55 (b. Tr.). — *Sistit catalogum 60 specierum Algarum in gubernio Tschernigow observatarum, quarum loca natalia et stationes indicantur.*

164. — Новые виды одноклѣтныхъ водорослей изъ окрестностей Кіева; in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. I. вып. 1. 1870. p. 146—149 (b. Tr.). — *4 Algae novae in vicinia urbis Kiew repertae describuntur.*

165. — Die Süsswasser-Bacillarien (Diatomaceen) des südwestlichen Russlands, insbesondere der Gouvernements Kiew, Cernigow und Poltawa. Lief. 1. Kiew. 1873. 4. 130 p. 2 tab. (non v.).

166. **Borszczow, Elias** et **Gregorius Borszczow.** Musci taimyrenses, boganidenses et ochotenses, nec non Fungi boganidenses et ochotenses, in expeditione sibirica annis 1843 et 1844 collecti; in: v. Middend. Sibir. Reise. Bd. I. Th. 2. Botan. Lief. 3. p. 135—145 (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. 4. 11 p. (p. 135—145) (b. Tr.). — *Muscorum taimyrensium et boganidensium 26 species, ochotensium 30 species, nec non Fungorum boganidensium 16 species et ochotensium 8 species enumerantur, additis earum stationibus et tempore, quo collectae sunt.*

167. **Borszczow (Борщовъ), Gregorius (Григорій Григорьевичъ).** Enumeratio Muscorum Ingriae; in: Beitr. zur Pflanzenk. d. Russ. Reichs. X. 1857. p. 1—52 (b. Tr.). Seorsum impressum: St. Pétersb. 1857 (non v.). — *Muscorum 97 species recensentur,*

additis earum synonymis, habitationibus et stationibus, nec non observationibus quibusdam.

— Conf. E. Borszczow sub n. 166.

Bory de Saint Vincent, Johannes Baptista. Conf. C. Belanger sub n. 84.

168. **Boulytcheff (Булычевъ), Nicolaus (Николай Петровичъ).** Очеркъ флоры и фауны Ирбитскаго уѣзда. Aperçu sur la flore et la faune du district d'Irbite; in: Зап. Уральск. Общ. Любит. Естеств. IV. 1878. p. 1—38 (b. Tr.). — *In p. 5—24 265 stirpes (238 Phaenogamae, 8 Filicoideae, 17 Fungi, 1 Muscus, 1 Lichen) prope Irbit gubernii Perm. repertae commemorantur et earum stationes et nomina vernacula rossica adjiciuntur.*

Brander, Axelius Emilius. Conf. A. J. Zettermann sub. n. 1625.

Brander, Carolus Reginaldus. Conf. C. N. Hellenius sub n. 526.

169. **Brandt (Брандтъ), J. F. (Оедоръ Оедоровичъ).** Ueber mehrere in der Nähe von St. Petersburg im Sommer des Jahres 1843 beobachtete Infusorienarten, ein Nachtrag zum Petersburger Infusorien-Verzeichnisse des H. Dr. Weisse; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. III. 1845. p. 26—28 (b. Tr.). — *Observationes hae etiam Bacillarias amplectuntur.*

170. **Brenner, Magnus.** Bidrag till kännedom af Finska vikens övegetation; in: Notis. ur Sällsk. pro fauna et flora fenn. förh. Fasc. XI. 1871. p. 1—38, 445—448 (b. Tr.). — *In Fenniae insulis Hochland, Tytters maj., Lawansaari aliisque minoribus quibusdam 421 species (402 Phaenogamas, 18 Filicoideas, 1 Charam) et praeterea florae cives dubias 33 innotuisse autor docet. Cuique speciei ejus loca natalia apposita sunt.*

171. **Brincken, J. von der.** Mémoire descriptif sur la forêt Impériale de Bialovicza. Varsov. 1826 (v.).

172. — Ansichten über die Bewaldung der Steppen des europäischen Russlands, mit allgemeiner Beziehung auf die rationelle Begrün-

dung des Staatswaldwesens. Braunschw. 1833 (v. in b. Hort. Petr.). Editio altera prodiit l. c. 1854 (non v.). — *In p. 53—67 editionis prioris de vegetatione desertorum generatim tractatur. Deserta ex antiquissimis temporibus sylvis caruisse autor probat.*

Brodin, Laurentius. Conf. P. Elving sub n. 332.

173. **Brotherus, Victor Ferdinandus.** Anteckningar till Norra Tavastlands Flora; in: Notis. ur Sällsk. pro fauna et flora fennica förh. Ny serie. X haeft. 1871—1874. p. 185—217 (b. Tr.). — *Commentatio haec 651 species (390 Phaenogamas, 26 Filicoideas, 232 Muscos et 3 Characeas) in parte septentrionali districtus Tavastland sua sponte nascentes continet. Tantum rariorum specierum habitationes indicantur.*

174. **Browallius, Johannes.** Specimen botanicum de Convallariae specie vulgo Lilium Convallium dicta. Resp. H. H. Lilius. Aboae 1741. Pars altera prodiit 1744 (non v.).

175. — De transmutatione specierum in regno vegetabili. Resp. J. H. Justander. Åbo 1745 (non v.).

176. — *Floram fennicam manu scriptam reliquisse fertur* (non v. — Conf. P. Kalm Fata bot. p. 16).

176*. **Brunner, Samuel.** Ausflug über Konstantinopel nach Taurien im Sommer 1831. St. Gallen und Bern 1833. 8. XIII. 353 p. sign., 6 p. non sign. 6 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Observationes quaedam botanicae itinerario inspersae sunt. In p. 137—138 species 43 prope Odessa observatae notantur, — in p. 279—281 autem de charactere florae tauricae generaliora quaedam traduntur et florae hujus regiones 4 distinguuntur.*

177. **Bruttan, Andreas.** Lichenen Est-, Liv- und Kurlands; in: Archiv der Naturk. Liv-, Ehst- und Kurl. 2te Ser. VII. p. 163—326 (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum: Dorpat 1870. 8. 166 p. (b. Tr.). — *In p. 9—20 Lichenum structuram autor exponit, in p. 21—158 autem earum 392 species describit, additis harum locis natalibus et stationibus.*

178. — De Lichenibus anno 1862 prope Reval et in insula Oesel lectis refert in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch. zu Dorpat. II. 1869. p. 58—62 (v. in b. Hort. Petr.).

179. — Bericht über eine lichenologische Excursion in Kur- und Livland; in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch. zu Dorpat. II. 1869. p. 78—88 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Lichenes quidam et plantae aliae paucae in excursione supra indicata repertae notantur.*

180. — Reisebericht; in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch. zu Dorpat. II. 1869. p. 121—130 (v. in b. Hort. Petr.). — *Lichenum quorundam in regionibus fl. Aa et Salis Livoniae adjacentibus observatorum autor mentionem facit.*

181. — Reisebericht für 1865; in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch. zu Dorpat. II. 1869. p. 174—179 (v. in b. Hort. Petr.). — *De Lichenibus insularum Oesel et Moon et praedii Kaddak Esthoniae notationes nonnullae afferuntur.*

Bucht, J. Fr. Conf. P. A. Gadd sub n. 421.

182. **Budischtschew (Будищевъ), A. Th. (A. O.)** Ботаническое описаніе древесныхъ и кустарныхъ породъ, произрастающихъ въ Амурскомъ, Уссурійскомъ и Зауссурійскомъ краяхъ; in: Зап. Сибирск. Отд. Имп. Русск. Геогр. Общ. кн. IX и X. 1867. p. 433—474 (v. in b. Acad. Petr.). — *Sistit enumerationem arborum et fruticum 137 in tractibus amurensi, ussuriensi et transussuriensi sua sponte nascentium, additis stirpium descriptionibus, distributione geographica per hanc plagam et nominibus rossicis, goldicis, gilacicis, orotschensibus sinensibusque. Commentatio haec imprimis observationibus Maximoviczii et Maackii innititur, praeterea autem species novae 6 proponuntur, scilicet Actinidia acuminata s. Suifunensis, Negundo mandshurica, Ostrya mandshurica, Salix pyramidalis, Larix japonica et Juniperus arborea.*

183. **Buhse (Бузе), Fridericus Alexander (Федоръ Александровичъ).** Ueber den Bau der Flechten; in: Corresp. Bl. des Naturf.

Ver. zu Riga. I. 1846. p. 158—163 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Descriptio brevis organorum, quae Lichenibus peculiaria sunt, offertur.*

184. — Pedicularem comosam L. prope Kokenhusen Livoniae occurrere indicat in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. II. 1847. p. 18 (v. in b. Hort. Petr.).

185. — Zur Flora der Ostseeprovinzen; in: Arb. des Naturf. Ver. zu Riga. I. 1848. p. 1—7 (v. in b. Hort. Petr.). — *Stirpibus phaenogamis in provinciis balticis antea observatis species 52 adduntur et Phaenogamarum hujus plagae summa ad 957 perducitur.*

186. — Vorläufiger botanischer Bericht über meine Reise durch einen Theil Armeniens in den Monaten April und Mai; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII. 1849. p. 101—108 (v. in b. Hort. Petr.). — *De vegetatione Armeniae rossicae disseritur et plantae hujus plagae haud paucae commemorantur.*

187. — De indole ligni quarundam arborum transcaucasicarum refert in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. IV. 1851. p. 78—79 (v. in b. Hort. Petr.).

188. — Eine Reise durch Transkaukasien und Persien in den Jahren 1847—1849; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1855. III. p. 86—128, IV. p. 267—312 (b. Tr.). — *De vegetatione plagae visitatae autor tantum generatim loquitur.*

189. — Zur Flora Livlands; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. IX. 1857. p. 6—13 (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantarum numerosarum loca natalia nova intra Livoniae fines observata indicantur et species 8 tunc primum in provinciis balticis repertae commemorantur.*

— Conf. E. Boissier sub n. 147.

190. — Onobrychin sativam Lam. in montibus Kangern Livoniae sua sponte crescere indicat in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. XV. 1866. p. 2 (v. in b. Hort. Petr.).

191. — Algen des Riga'schen Meerbusens; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. XVI. 1866. p. 27—28 (v. in b. Hort. Petr.). — *Algarum species 12 in sinu Rigensi vigentes notantur.*

192. — Einfluss von Klima und Boden auf die Pflanzenverbreitung; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. XVI. 1867. p. 129—136 (v. in b. Hort. Petr.). — *De Herm. Hoffmanni, Alph. De Candollei et Thurmanni disquisitionibus recentioribus in climatis et soli efficaciam in plantas disseritur.*

193. — Palmenpilz (Xyloma Phoenicis Kunze, Graphiola Phoenicis Poit.); in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. XVII. 1869. p. 110—111 (b. Tr.). — *Fungus hic in Phoenice dactylifera L. Rigae culta observatus est.*

— Conf. Diercke sub n. 292.

194. — Zur Flora Riga's; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga; XIX. 1872. p. 10—11 (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantae phaenogamae quaedam in vicinia oppidi Riga repertae indicantur.*

195. **Bunge (Бунге), Alexander a (Александръ Андреевичъ).** Conspectus generis Gentianae; in: Nouv. Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. I (VII). 1829. p. 197—256. 4 tab. (b. Tr.). Etiam separatim typis excusum (non v.). — *80 species (36 rossicae) describuntur et ex parte iconibus illustrantur, additis earum synonymis, patria et duratione.*

— Conf. C. F. a Ledebour sub n. 756.

196. — Skizze der Vegetation der Umgebungen des Baikalsees; in: St. Petersb. Zeitg. 1830 (non v.).

197. — Reise im östlichen Theile des Altaigebirges; in: v. Ledeb. Reise. II. p. 1—170, 518—522 (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantae variis in locis lectae adnotantur.*

198. — Verzeichniss der im Jahre 1832 im östlichen Theile des Altai-Gebirges gesammelten Pflanzen; in: Mém. pres. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. II. 1835. p. 523—610 (v.). Seorsum

impressum: St. Petersb. 1836. 8. 114 p. (b. Tr.). — *Plantarum phaenogamarum 366 species recensentur, quarum 57 in Ledebourii Flora altaica desiderantur, additis earum habitationibus, stationibus, florendi tempore et duratione, nec non stirpium novarum vel rariorum descriptionibus et observationibus in species varias, jam antea in montibus altaicis repertas. Species 27 plane novae.*

199. — Plantarum mongholico chinensium decas prima; in: Зап. изд. Казанск. Унив. 1835. 4. p. 154—180 (non v.). Seorsum impressum: Casani. 1835. 8. 29 p. 3 tab. (b. Tr.). — *Non solum 10 species mongholico-chinenses novas autor fuse describit, verum etiam Patriniae Juss. species omnes (4 sibiricas) exponit, additis earum synonymis, habitationibus et stationibus.*

200. — Delectus seminum, quae in horto botanico Dorpatensi pro mutua commentatione offeruntur, e collectionibus annorum 1837 (8. 8 p.), 1838 (8. 8 p.), 1839 (8. 8 p.), 1840 (8. 8 p.), 1841 (8. 8 p.), 1842 (8. 8 p.) et 1843 (8. 8 p.) (b. Tr.). — *Ad calcem catalogorum observationes in plantas rossicas nonnullas inveniuntur et quidem in catalogo anni 1839 Calligoni 7 species definiuntur, in catalogo a. 1840 clavis synoptica Echinospermorum (29 specierum) offertur (redit in: Regensb. Bot. Zeit. XXIV. Jahrg. 1 Bd. 1841. p. 127—128 — v. in b. Hort. Petrop.), in catalogo a. 1841 Brayae 6 species discernuntur, in catalogo a. 1842 autem Chamaerhodi 5 species exponuntur et praeterea genera nova Barysoma Bge., Cithareloma Bge., Eremodaucus Bge., Kirilowia Bge., Lachnoloma Bge., Pachypterygium Bge., Polytaxis Bge. et species novae: Bulbocodium ruthenicum Bge., Astragalus brachybotrys Bge., A. lasiopetalus Bge., A. dilutus Bge., Berberis integerrima Bge., B. nummularia Bge., Atraphaxis canescens Bge., Arnebia guttata Bge. cetq. proponuntur.*

201. — Ueber die Gattungen Siphonostegia Benth. und Uwarowia Bge.; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII. 1840. p. 273—280. 1 tab (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 9 p. 1 tab. (b. Tr.). — *Descriptiones generum commemoratorum nec non floris fructusque Siphonostegiae adumbratio offeruntur.*

202. — Ueber die Gattung Tetradiclis Stev.; in: Schlechtend. Linnaea. XIV. 1840. p. 161—178 (v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 18 p. (p. 161—178) 1 tab. (b. Tr.). — *Autor hoc genus describit, Crassulaceis adnumerat et ejus 2 species (T. salsam Stev. et T. Eversmanni Bge.) distinguit.*

203. — Bemerkungen über die Pflanzengattung Jurinea; in: Regensb. Bot. Zeitg. XXIV. 1. 1841. n. 10. p. 153—159 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Generis hujus 12 species rossicae (8 novae) clavi analytica et diagnosibus instruuntur.*

204. — Ueber eine neue Art der Gattung Pedicularis; in: Bull. scientif. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. 1841. p. 241—253; Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. I. p. 383—384 (b. Tr.). — *Inest enumeratio systematica 100 specierum Pedicularis exoticarum et rossicarum bene cognitarum et 7 dubiarum, additis earum synonymis nec non descriptionibus 17 Pedicularium verticillatarum (1 novae: Ped. crassirostris Bge.).*

205. — Ueber zwei bisher zur Familie der Cruciferen gezogene, zu andern Familien gehörige Gattungen; in: Schlechtend. Linnaea XVI. 1842. p. 98—112 (v. in b. Hort. Petr.). — *Pugionium cornutum Gärtn. ad Chenopodiaceas et Dipterygium glaucum Decsne. (Pteroloma arabicum Steud. et Hochst.) ad Capparideas pertinere autor perhibet.*

206. — Ueber Pedicularis comosa und die mit ihr verwandten Arten; in: Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. I. 1843. p. 369—384 (b. Tr.). — *Sectionis Lophodontis 23 species (19 rossicae) describuntur, additis earum synonymis et patria. Accedit (p. 383—384) supplementum ad Bungei commentationem de Pedicularibus in Bull. scientif. de l'Acad. VIII. p. 241 seq. insertam.*

207. — Ueber eine neue Gattung aus der Familie der Zygophyllaceae; in: Schlechtend. Linnaea XVII. 1843. p. 1—9. 1 tab. (v.

in b. Hort. Petrop.). — *Sarcozygium xanthoxylum Bge. in Mongholia primum detectum, postea in montium jugo Thian-Schan repertum, describitur et in tabula repraesentatur; praeterea species mongholicae Zygophyllum Rosowii Bge. et Oxytropis gracillima Bge. discernuntur.*

208. — Novum genus Chenopodearum; in: Schlechtend. Linnaea XVII. 1843. p. 120 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Alexandrae Lehmanni Bge. characteres generici et specifici eruuntur.*

209. — Chartoloma, eine neue Cruciferengattung; in: Mohl et Schlecht. Bot. Zeitg. II. 1844. p. 249—250 (b. Tr.). — *Generis descriptio fusior suppeditatur.*

210. — Universitatis litterariae Caesareae Dorpatensis solemnia peractorum X lustrorum in dies XII et XIII m. Decembris anni hujus 1852 celebranda indicat nomine ordinis physicorum et mathematicorum. Inest: tentamen generis Tamaricum species accuratius definiendi. Dorpati 1852. 4. 84 p. (b. Tr.). — *Species 51 (19 rossicae) fuse describuntur et in ordinem novum rediguntur, additis earum synonymis et patria nec non 3 speciebus (1 rossica) autori ignotis.*

211. — Flora von Esth-, Liv- und Kurland. Bearbeitet von Dr. Joh. Gottl. Fleischer. 2-te verm. Aufl., herausgeg. von Alexander Bunge. Mitau und Leipzig. 1853. 8. VI. 291 p. (b. Tr.). — *Phaenogamarum 997 species enumerantur, additis generum characteribus, specierum diagnosibus, nominibus germanicis, habitationibus, stationibus, florendi tempore et duratione, nec non observationibus variis.*

212. — Beitrag zur Kenntniss der Flor Russlands und der Steppen Central-Asiens. Erste Abth. Alexandri Lehmanni reliquiae botanicae sive enumeratio plantarum ab Alexandro Lehmann in itinere per regiones Uralensi-Caspicas, deserta Kirghisorum, Transoxanam et Sogdianam annis 1839—1842 peracto collectarum; in: Mém. pres. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. VII. 1854. p. 177—535 (v.). Seorsum impressum: St. Pétersb. 1851. 4. 369 p. (b. Tr.). Hujus

operis initium praeterea prodiit sub inscriptione: Alexandri Lehmann reliquiae botanicae sive enumeratio plantarum cetq., in: Arb. des Naturf. Ver. zu Riga. I. 2. 1847. p. 115—253 (Ranunculaceae — Papilionaceae — Astragalus) (b. Tr.). Accedunt: Icones plantarum novarum vel minus cognitarum, quas in prima parte operis: Alexandri Lehmann reliquiae botanicae cetq. descripsit Al. Bunge in: Arb. des Naturf. Ver. zu Riga. I. p. 115—253. S. i. l. et a. fol. maj. 15 tab. sine textu (b. Tr.). — *Species 1524 (1506 Phaenogamae, 11 Filicoideae, 2 Musci, 5 Lichenes) recensentur, adjectis earum habitationibus, stationibus et tempore, quo collectae sunt, nec non observationibus variis et descriptionibus specierum novarum numerosissimarum. In tabulis species 21 repraesentantur.*

213. — Recensio Salsolearum nonnullarum in primis a Car. Koch distinctarum Herbarii Regii Berolinensis; in: Schlechtend. Linnaea XXVIII. 1856. p. 572—576 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Nomina speciminibus quibusdam herbarii commemorati a Car. Koch aliisque infauste imposita emendantur et de genere novo Petrosimonia Bge. mentio fit.*

214. — Plantas Abichianas in itineribus per Caucasum regionesque transcaucasicas collectas enumeravit; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI. ser. Sc. math. et phys. VII. 1859. p. 579—598 (v.). Redit in: Abich, Vergl. geol. Grundz. der Kaukas. u. s. w. Gebirge. St. Petersb. 1858 (non v.), — et separatim impressum: Petrop. 1858. 4. 20 p. (p. 579—598) (b. Tr.). — *Catalogus hic 472 species (471 Phaenogamas, 1 Filicem) continet, annexis earum habitationibus, animadversionibus nonnullis et 9 specierum novarum descriptionibus.*

215. — Anabasearum revisio; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. T. IV. № 11. Petrop. 1862. 4. 102 p. 3 tab. (b. Tr.). — *In p. 5—17 de Anabaseis in universum disseritur, in p. 18—99 autem earum 60 species (31 rossicae) describuntur et harum synonyma, patria et stationes indicantur.*

216. — Ueber die Gattung Echinops; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI. 1863. p. 390—412 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 32 p. (b. Tr.). — *Generis hujus 74 species in 12 sectiones digestae paucis exponuntur.*

217. — Uebersichtliche Zusammenstellung der Arten der Gattung Cousinia Cass.; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. t. IX. № 2. 1865. 4. 56 p. (b. Tr.). — *Inest conspectus 126 specierum Cousiniae (28 rossicarum), quarum synonyma et loca natalia afferuntur. Species novae describuntur et minus cognitae observationibus illustrantur.*

218. — Generis Astragali species gerontogeae. Pars prior; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. XI. № 16. 1868. 4. 140 p. Pars altera; l. c. XV. № 1. 1869. 4. 254 p. (b. Tr.). — *Sistit recensionem 971 specierum orbis antiqui tunc temporis cognitarum (286 rossicarum). Astragali omnes ad principia plane nova disponuntur, minus cogniti observationibus illustrantur, novi autem fuse describuntur. Cuique speciei et ejus synonyma omnia apposita sunt et loca natalia.*

219. — Ueber die Heliotropien der mittelländisch-orientalischen Flor; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1869. II. p. 279—332 (b. Tr.). Seorsum editum: Moskau 1870. 8. 54 p. (b. Tr.). — *Sectionum et 70 specierum (13 rossicarum) generis Heliotropii claves analyticae offeruntur. Novis speciebus descriptiones, omnibus autem earum synonyma, habitationes et stationes, nec non observationes variae, subnectuntur.*

220. — Heliocarya, eine neue Borragineengattung, nebst einigen Bemerkungen über Borragineen überhaupt. Moskau 1871. 4. 12 p. (b. Tr.). — *Praeter Heliocaryae descriptionem insunt observationes in characteres generum Cacciniae, Diplolomatis, Craniospermi, Lobostemonis, Echii, Munbyae, Arnebiae et Onosmatis, nec non conspectus 8 specierum (2 rossicarum) generis Cacciniae, tentamen species generis Onosmatis aptius disponendi et descriptio Onosmatis longilobi Bge.*

221. — Hypogomphia, eine neue Labiatengattung aus Taschkent; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVIII. 1872. p. 28—30 (b. Tr.). — *Plantam autor fusius describit et ejus affinitates commentatur.*

222. — Die Gattung Acantholimon Boiss.; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. t. XVIII. № 2. 1872. 4. 72 p. 2 tab. (b. Tr.). — *In p. 1—13 de Acantholimone generatim tractatur, in p. 14—69 autem 84 species (11 rossicae) fuse describuntur et earum synonyma, habitationes et stationes adnotantur.*

223. — Weite und enge Verbreitungsbezirke einiger Pflanzen; in: Sitzungsber. d. Dorp. Naturf. Gesellsch. Bd. III. Heft 3. 1872. p. 247—257 (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 11 p. (b. Tr.). — *Distributionem geographicam Tetradiclis et Dionysiarum autor commentatur.*

224. — Species generis Oxytropis Dec.; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. T. XXII. № 1. 1874. 4. 166 p. (b. Tr.). — *Oxytropis generis 181 species (136 rossicae) autori innotuerunt, quas dispositione nova, clavibus diagnosticis descriptionibusque instruxit et omni ratione dilucidare studuit.*

225. — Enumeratio Salsolacearum omnium in Mongolia hucusque collectarum; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XXV. 1879. p. 349—371 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 32 p. (b. Tr.). — *Insunt claves diagnosticae tribuum, generum et 67 specierum Salsolacearum in Mongolia obviarum, descriptiones specierum novarum et observationes variae. Synonyma et habitationes non neglectas esse per se intelligitur.*

226. — Flora exsiccata Liv-, Ehst- und Kurlands. Cent. I—X (herb. Tr.).

226*. — Plantagineae; in: Act. Hort. Petr. VI. 1880. p. 392—394 (b. Tr.). Redit in: Regel, Descript. pl. nov. et min. cogn. Fasc. VII. 1880. p. 106—108 (b. Tr.) — *Plantaginis*

generis species 11 in Turkestania indigenae enumerantur, adjectis earum habitationibus, speciei 1 novae (Pl. Sorokini Bge.) descriptione nec non adnotationibus quibusdam.

226**. — Enumeratio Salsolacearum centrasiaticarum i. e. omnium in desertis transwolgensibus, caspico-aralensibus, songaricis et turkestanicis hucusque a variis collectarum; in: Act. Hort. Petrop. VI. 1880. p. 403—459 (b. Tr.) vel etiam in: Regel, Descript. pl. nov. et min. cogn. Fasc. VII. 1880. p. 117—173 (b. Tr.). — *Salsolacearum Asiae centralis 147 species et earum habitationes notantur, subnexis generum et specierum omnium clavi diagnostica, specierum (8) et generum (3: Borszczowiae, Piptopterae, Sympegmatis) novorum descriptionibus nec non observationibus variis.*

226***. — Enumeratio Plantaginearum Salsolacearumque centrasiaticarum. Petrop. 1880. 8. 59 p. (b. Tr.). — *Sistit reimpressionem separatam commentationum sub n. 226* et 226** indicatarum.*

226****. — Pflanzen-geographische Betrachtungen über die Familie der Chenopodiaceen. St. Pétersb. 1880. 4. 36 p. (b. Tr.). Sistit: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. T. XXVII. № 8. (b. Tr.). — *Insunt conspectus 8 tribuum, 57 generum et 551 specierum Chenopodiacearum, hodie rite cognitarum, nec non disquisitio in distributionem geographicam earum per Australiam, Americam australem septentrionalemque, ditiones maris mediterranei occidentalem et orientalem, Africam australem, plagas cum mari rubro adjacentes tum caspico-caucasicas, deserta salsa Asiae centralis nec non per Asiam orientalem.*

227. **Buxbaum, Johannes Christianus.** Plantarum minus cognitarum centuria I, complectens plantas circa Byzantium et in oriente observatas. Petrop. 1728. 4. Dedic. Praefat. 48 (vel 52) p. Index. 65 tab.; Cent. II. 1728. 46 (vel 50) p. Index. 50 tab.; Cent. III. 1729. 42 p. Index. 74 tab.; Cent. IV. 1733. 40 p. Index. 66 tab.; Cent. V. 1740. 48 p. Index. 74 tab. et appendicis 44 figurae (b. Tr.). — *Editiones procul dubio 2 exstant, operis enim exemplaria duo, etsi incompleta, quae ipse possideo, inter se differunt et nequa-*

quam iisdem typis excusa sunt. Centuriae IV^ae tab. XXXV^a et centuriae V^ae tab. XXXIII^a nec non tab. XXXVIII^ae fig. 2^a nunquam in lucem editae sunt. Opus hoc una cum plantis exoticis etiam species rossicas phaenogamas et cryptogamas, imo ingricas haud paucas, descriptionibus et iconibus illustrat, additis earum synonymis et habitationibus.

228. — Nova plantarum genera; in: Comment. Acad. sc. Petrop. I. 1728. p. 241—245. tab. 8—9; II. 1729. p. 343—347. tab. 20—21 (v. in b. Hort. Petrop.). Versio rossica in lucem edita est sub titulo: Новые травъ роды in: Кратк. опис. Комм. Ч. I. 1728. p. 49—56 (non v.). — *De Cassandra calyculata Don., Elatine Alsinastro L., Ceratocarpo arenario L., Trifolio Lupinastere L. et Androsace polifolia L. disseritur.*

229. — Plantae dubiae ad sua genera relatae; in: Comment. Acad. sc. Petrop. II. 1729. p. 369—371. tab. 23—25 (v. in b. Hort. Petr.). — *De Subularia aquatica L. et Androsace septentrionali L. agitur.*

230. — De Periclymeno humili norvegico; in: Comment. Acad. sc. Petrop. III. 1732. p. 268—270 (v. in b. Hort. Petr.). — *Cornus suecica L. adumbratur ad specimina ingrica.*

231. — Observationes circa quasdam plantas ingricas; in: Comment. Acad. sc. Petrop. III. 1732. p. 270—275. tab. 14 (v. in b. Hort Petr.). — *Honkeneja peploides Ehrh., Limosella aquatica L., Ranunculus cassubicus L., Comarum palustre L., Silene inflata Sm., Draba nemorosa L., Botrychium Lunaria Sw., Botr. rutaceum W., Aulacomnion androgynum Schwägr., Splachnum rubrum L., Polyporus igniarius Fr. et 2 Lichenum species recensentur.*

232. — De Ocymophyllo; in: Comment. Acad. sc. Petr. IV. 1735. p. 277—278. tab. 27 (v. in b. Hort. Petr.). — *Isnardiae palustris L. descriptio et icon. Plantae patria haud indicatur.*

233. — De plantis submarinis observationes; in: Comment. Acad. sc. Petrop. IV. 1735. p. 279—281. tab. 28 (v. in b. Hort.

Petrop.). — *Amandatis quibusdam Zoophytis, a Tournefort perperam ad plantas submarinas relatis, Buxbaum harum 6 genera discernit, nempe Fucos, Lichenes marinos, Corallinas, Coralloides marinas, Confervas et Muscos marinos.*

234. — De fungoidibus pediculo donatis; in: Comment. Acad. sc. Petrop. IV. 1735. p. 281—283. tab. 29 (v. in b. Hort. Petr.). — *Fungorum 7 species ingricae describuntur et in tabula repraesentantur, scilicet: Peziza Acetabulum L, P. cochleata Huds., P. macropus Pers., P. coccinea Jacq., Ditiola radicata Fr., Nidularia campanulata Sibth. cetq.*

C.

235. **Cajanus, E.** Historisk och oeconomisk beskrifning öfver Cronoby Sokn i Österbotn. Praeside P. Kalm. Åbo 1755 (non v.).

236. **Campenhausen, liber baro Balthasarus a.** Bemerkungen über Russland, besonders einige Provinzen dieses Reiches und ihre Naturgeschichte betreffend. Leipz. 1807 (non v.).

237. **Canerin (Канринъ), comes Georgius Franciscus (Егоръ Францовичъ) a.** Die klimatischen Verschiedenheiten Russlands nach den Ortsverhältnissen, in Beziehung auf die Landwirthschaft. St. Petersb. 1834 (v.). Primitus rossice apparuit in: Земл. Газета на 1834 годъ. № 1: Прибавленіе (non v.). Redit sub inscriptione: Die klimatischen Verhältnisse Russlands, nach ihrer Abhängigkeit von der geographischen Lage und von localen Umständen, in Beziehung auf die Landwirthschaft; in: Erman's Archiv. I. 1841. p. 702—722 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Rossia tota in 8 zonas dividitur, scilicet: 1) z. climatis glacialis, 2) z. Cladoniarum (s. tarandorum), 3) z. sylvarum et pecoris, 4) z. agriculturae incipientis s. Hordei, 5) z. Secalis et Lini, 6) z. Tritici et arborum fructiferarum, 7) z. Zeae et Vitis, 8) z. Oleae et Sacchari.*

Carenius, Ephr. Conf. P. A. Gadd. sub n. 416.

238. **Castrén, E.** Historisk och oeconomisk beskrifning öfver Cajanaborgs län. Praes. P. Kalm. Åbo 1754 (non v.).

239. **Castrén, Matthaeus.** Calendarium florae et faunae från Kemi för åren 1793—99; in: Kngl. Finsk. Hush. Spts. handl. I. 1803. p. 328—343 (non v.).

240. **Catrén, Sam.** Observationer gjorde i Utsjoki Lappmark åren 1795 och 1797; in: Kngl. Finsk. Hush. Spts. handl. I. 1803. p. 350—355 (non v.).

241. **Chamisso de Boncourt, Adalbertus Ludovicus Carolus Adelaides de.** Ex plantis in expeditione Romanzoffiana detectis genera tria nova; in: Nees. ab Esenb. Horae phys. Berol. Bonnae 1840. IV. (3 tab.) (non v.).

242. — Bemerkungen und Ansichten auf einer Entdeckungsreise cetq. auf dem Schiffe Rurik unter dem Befehl des Lieut. Otto von Kotzebue. Weimar 1821 (v.). — *Chamisso in itinere hoc quoque Camtschatcam et litora freti Beringiani invisit.*

243. — et **Ditericus Franciscus Leonhardus a Schlechtendal.** De plantis in expeditione speculatoria Romanzoffiana observatis rationem dicunt; in: Schlechtend. Linnaea I. 1826. p. 1—73, 165—226, 333—405, 511—570; II. 1827. 1—37, 145—233, 345—379, 541—611; III. 1828. p. 1—63, 115—141, 199—233, 309—377; IV. 1829. p. 1—42, 129—202, 435—508; V. 1830. p. 43—59; VI. 1831. p. 16—170, 209—260, 501—592; VII. 1832. p. 105—128, 207—272, 364—379, 542—560, 653—726; VIII. 1833. p. 169—228; IX. 1834. p. 368—402, 428—460; X. 1835—1836. p. 32—50, 217—218, 582—603 (v.). — *Hac in commentatione inter plantas diversissimis in regionibus a Chamisso lectas quoque stirpes haud paucae in Asiae litoribus boreali-orientalibus, in Camtschatca et ad fretum Beringianum, observatae recensentur.*

244. **Chatissow (Хатисовъ), Johannes (Иванъ Степановичъ) et A. Rotinjanz (А. Д. Ротиньянцъ).** Отчетъ коммисіи

по изслѣдованію земель на сѣверовосточномъ берегу Чернаго моря, между рѣками Туапсе и Бзыбою. Тифлисъ 1867. 8. 136 p. 1 mappa geogr. Sistit additamentum ad: Зап. Кавк. Общ. Сельск. Хоз. 1867. №№ 5 и 6 (b. Tr.). — *Tractus litoralis a mari nigro orientem versus inter fl. Tuapse et Bsyba situs describitur. De plantis plagae duntaxat adnotationes parcissimas in hac commentatione invenies.*

245. — et — . Обзоръ мѣстности сѣверовосточнаго берега Чернаго моря, между г. Новороссійскомъ и постомъ Вельяминовскимъ на рѣкѣ Туапсе; in Зап. Кавк. Общ Сельск. Хоз. 1867. №№ 3 и 4. p. 1—16 (b. Tr.). — *De litore septentrionali-orientali maris nigri, inter Noworossisk et fl. Tuapse sito, autores referunt et de plagae hujus arboribus et fruticibus perpauca tradunt.*

246. **Chishdeu (Gishdeu, Хиждеу sive Гиждеу) A. J.** О составленіи идіотическаго исчисленія растеній, самородно растущихъ и разводимыхъ въ Бессарабіи; in: Зап. Общ. Сельск. Хоз. южной Россіи. 1836. p. 38 seq. (non v.).

247. **Chrustalew (Хрусталевъ), Petrus.** Лѣсныя деревья Херсонской губерніи; in: Зап. Общ. южной Россіи. 1845 p. 113 seq.; 1846. p. 36 seq. (non v.).

248. — Исчисленіе растеній лѣкарственныхъ, маслянныхъ, красильныхъ и вообще торговыхъ, находящихся въ дикомъ состояніи въ Херсонской губерніи; in: Зап. Общ. Сельск. Хоз. южной Россіи. 1847. p. 211 seq. (non v.).

249. **Chydenius, Johannes Jacobus.** Om Gamle Carleby. Sednare delen. Resp. S. Fabrell. Åbo. 1754 (non v.).

250. **Chydenius, J. J. et J. E. Furuhjelm.** Berättelse öfver en naturhistorisk resa i Karelen; in: Notis. ur Sällsk. pro fauna et flora fenn. förh. Häft. IV. 1858—1859. p. 79—118 (v. in b. Hort. Petr.). — *Relatio haec indicem systematicum 127 specierum (84 Phaenogamarum, 43 Cryptogamarum) continet, quarum 1 nova: Pannaria praetermissa Nyl. fusius exponitur.*

251. **Cienkowski (Ценковскій), Leo (Левъ Семеновичъ).** Нѣсколько фактовъ изъ исторіи развитія Хвойныхъ растеній. С.-Петерб. 1846. 4. 41 p. 3 tab. (b. Tr.). — *Observationibus autoris in Abietinarum evolutionem adnexa est illustratio evolutionis Achlyae proliferae Nees ab Esenb., in plantis quibusdam maceratis Petropoli observatae.*

252. — Algologische Studien; in: Mohl und v. Schlechtend. Bot. Zeitg. XIII. 1855. p. 777—782, 801—806. 2 tab. (b. Tr.). — *In commentatione hac de germinatione et ulteriore evolutione Sphaeropleae annulinae, Protococci botryoidis Kütz. et Achlyae proliferae Nees ab Esenb., Petropoli observatis, loquitur.*

253. — Zur Genesis eines einzelligen Organismus; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XIV. 1856. p. 261—268. 2 tab. (b. Tr.). — *Organismi cujusdam unicellularis (Pilzzelle) exordium per generationem spontaneam sive aequivocam ex amyli granulis se observasse autor docet.*

254. — О низшихъ водорослях и инфузоріяхъ; in: Журн. Мин. Нар. Просв. 1856. XC. p. 177—235 (non v.). — Separatim impressum: С.-Петерб. 1856 (non v.).

255. — Ueber Pseudogonidien: in: Regensb. Bot. Zeitg. 1857. p. 712—713 (v. in b. Hort. Petr.). — *Sporae quaedam mobilitate donatae, a Pringsheim in Spirogyra observatae, ab auctore infusoria parasitantia, monadibus affinia, declarantur.*

256. — О саморожденіи; in: Годичный торжественный актъ въ Имп. С.-Петерб. Унив., бывш. 8 Февраля 1859 года. С.-Петерб. 1859. p. 55—82 (b. Tr.). — *Antea se errasse et quandam evolutionis phasin in organismo quodam unicellulari, scilicet in Monade amyli Cienk., observatam pro creatione prorsus novi organismi per generationem spontaneam se perperam sumsisse autor fatetur. In universum argumenta quaelibet absoluta generationis aequivocae ad hoc tempus haud innotuisse autor nunc affirmat.*

257. — Ueber meinen Beweis für die generatio primaria; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVII. 1859. p. 81—95 (b. Tr.). — *Dissertatio haec ejusdem argumenti est, ac praecedens (n. 256), historia tamen evolutionis Monadis amyli Cienk. additur et iconibus illustratur.*

398. **Flörke, Henricus Gustavus.** Lichenen von Kamtschatka und den benachbarten Inseln; in: Magaz. der Gesellsch. naturf. Freunde zu Berlin. 5-ter Jahrg. 1811. Heft 3. p. 340—342 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Lichenum species 18 a Tilesio in Kamtschatka et insulis confinibus lectae recensentur.*

399. **Fokel (Фокель).** Описаніе естественнаго состоянія растущихъ въ сѣверныхъ россійскихъ странахъ лѣсовъ. Переводъ съ нѣмецкаго. С.-Петерб. 1766. 8. 4 fol. non signata, 373 p. sign., 26 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Opus hoc idem esse suspicor, quod Pritzel in Thesauro litcraturae botanicae p. 297 n. 10353 cuidam autori Tokelem adscripsit. Licet primitus germanice conscriptum sit, tamen solummodo versio ejus rossica in lucem prodiit sumtibus summae in Rossia administrationis navalis. Species 14 arboreae et 12 fruticosae, imprimis Rossiae sylvas constituentes, describuntur, additis earum iconibus, usu, cultura cetq.*

Fontell, C. W. Conferas J. M. Tengström sub n. 1408.

400. **Forster, Johannes Reinholdus.** Specimen of the natural history of the country about the river Wolga; in: Phil. Transact. XII (1767) p. 446 seq. (non v.).

401. **Fortunatow (Фортунатовъ), Alexius.** Исчисленіе растеній, дикорастущихъ въ Вологодскомъ уѣздѣ; in: Двигубск. Нов. Магаз. Естеств. Ист. 1826. № XI. p. 207—215 (v. in b. Hort. Petr.). — *Solummodo nomina systematica 443 specierum (364 Phaenogamarum, 79 Cryptogamarum) in districtu Wologda obviarum afferuntur.*

402. **Friebe, Wilhelmus Christianus.** Oekonomisch-technische Flora für Liefland, Ehstland und Kurland. Riga. 1805. XXVII, 392 p. (b. Tr.). — *Species 343 (306 Phaenogamae, 42 Cryptogamae) indigenae et vulgo cultae lustrantur, additis earum nominibus germanicis, letticis, esthonicis et rossicis, stationibus, florendi tempore, usu, nec non observationibus aliis variis. Accedit index arborum et fruticum extrancorum in Livonia cultorum.*

403. **Fries, Elias Magnus.** Recensionem Florae Petropolitanae auctore Weinmann et comparationem florae succicae cum petropolitana dedit succice in: Lindblom's Botaniska Notiser. 1841. p. 136—142 (non v.).

404. — Summa vegetabilium Scandinaviae, seu enumeratio critica plantarum quum Cotyledonearum, tum Nemearum, inter Mare occidentale et album, inter Eidoram et Nordkap, hactenus lectarum, indicata simul distributione geographica. Holmiae et Lipsiae. 8. Sectio I. s. i. a. (excusa Upsaliae 1846 a.) p. I—VIII, 1—258; Sectio II. s. i. a.

(excusa Upsaliae 1849 a.) p. 259—522 (b. Tr.). — *Scandinaviae plantae cognitae omnes systematice enumerantur et praesentia vel absentia singularum specierum in quaque e sex regionibus Scandinaviae, quas Fries distinguit, in sex columnis separatis indicatur lineis vel punctis (quod ad Phaenogamas et Filicoideas attinet), vel etiam numeris, qui columnis illis respondent, (quod ad reliquas Cryptogamas attinet). Praeterea genera et species numerosae descriptionibus vel observationibus illustrantur. In operis columna plantas Fenniae amplectente 885 Phaenogamae (exclusis Equisetaceis et Characeis, inclusis autem 4 speciebus fennicis in p. 554—562 suppletis) et 34 Filicoideae (inclusis Equisetaceis) continentur. Cryptogamas fennicas reliquas, quarum larga copia a Friesio commemoratur, haud computavi. Ad calcem operis synopsin Hieraciorum Scandinaviae invenies.*

405. — In Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. förhandl. Nionde Årg. 1852. Stockh. 1853 (non v.) et Regensb. Bot. Zeit. 1854. p. 763—764 (v. in b. Hort. Petr.) autor Cotulae matricarioidis Bge., quoque circa Upsaliam obviae, plenam synonymiam offert.

406. **Fries, Theodorus Magnus.** Om Ukräns Loof-Vegetation; in: Öfvers. af Kongl. Vet. Akad. förhandl. Årg. XII. № 1. 1855 (non v.).

407. — Lichenes Arctoi Europae Grönlandiaeque hactenus cogniti; in: Act. Reg. Soc. sc. Upsal. Ser. III. Vol. III (non v.). Seorsum editum: Upsal. 1860. 4. 298 p. (non v.). — *Opus etiam Lichenes Lapponiae fennicae et rossicae nec non terrae Samojedorum respicit.*

408. — Lichenographia scandinavica sive dispositio Lichenum in Dania, Suecia, Norvegia, Fennia, Lapponia rossica hactenus collectorum. Upsaliae. 8. Vol. I. pars I. 1871. IV. 1—324 p.; vol. I. pars II. 1874. p. 325—639 (b. Tr.). — *Lichenum systema novum proponitur, genera, species et varietates in opere commemoratae omnes diagnosibus, descriptionibus et variis observationibus adornantur,*

synonyma et loca natalia scandinavica ad hoc tempus cognita adjiciuntur.

409. — Om Nowaja Semljas vegetation; in: Botaniska Notiser. 1873 (non v.). Separatim impressum s. i. l. et a. 8. 20 p. (b. Tr.). — *Insunt Phaenogamarum et Filicoidearum 119 species, annexis observationibus in 20 species.*

409*. — Polyblastiae scandinavicae. Upsal. 1877. 4. 27 p. (v. in b. Acad. sc. Petrop.). Sistit partem voluminis Novorum Actorum Reg. Societatis sc. Upsaliensis in memoriam quattuor seculorum ab Universitate Upsaliensi peractorum extra ordinem anno 1877 editi. — *Generis Polyblastiae species scandinavicae 19 (fennicae 3) recensentur.*

410. **Friis, J. A.** Russisch Lappland; in: Peterm. Geogr. Mitth. 1870. № X. p. 358—364. 1 mappa geogr. (b. Tr.). — *Autor, de sylvis peninsulae Kola disserens, lineam ab urbe Kola per lacum Lovosero ad insulam Ssosnovez ductam sylvarum continuarum limitem borealem sistere docet, licet arbores et ulterius boream versus passim occurrant. Betulam in hac plaga septentrionem versus ulterius procedere, ac Pinus sylvestis L. et Pinus Abies L., ideoque sylvarum terminum adsequi vel potius constituere additur. Limites sylvarum betulinarum et acerosarum in mappa geographica accuratius consignati sunt.*

411. **Fristedt, R. J.** In vegetationem tractus Tornensis observationes inseruisse fertur in: Öfvers. af Kongl. Vetensk. Akad. förh. Tionde Årg. 1853. p. 5 seq. (non v.).

412. **Fritze, R.** Aus dem südwestlichen Zipfel des Königreiches Polen; in: Verh. des Bot. Ver. für die Prov. Brandenburg. XI. 1869. p. 133—136 (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantae quaedam, cum Phaenogamae, tum Filices et Musci, in vicinia opp. Ojców Poloniae lectae notantur.*

413. — Nachtrag zur Flora des südwestlichen Polens; in: Verh. des Bot. Ver. für die Prov. Brandenburg. XIV. Jahrg. 1872. p. 92—93 (v. in b. Hort. Petr.). — *Sistit supplementum tractatus antecedentis sub n. 412.*

414. **Fuchs, Carolus et Timjanski.** Eos Floram Casanensem elaborasse aiunt, quae tamen in lucem non prodiit.

Furuhjelm, Johannes Emilius. Conf. J. J. Chydenius sub n. 250.

G.

415. **Gadd, Petrus Adrianus.** Försök till en oeconomisk beskrifning öfver Satacunda häraders norra del, som innehåller anmärkningar i Geographie, Antiquiteter, Physique, Historia naturali och oekonomi etc. jemte nödiga figurer. Stockh. 1751 (non v.).

416. — Academisk försök till en physico-oeconomisk beskrifning öfver Hvittis sokn i Björneborgslän. Resp. Ephr. Carenius. Åbo 1759 (non v.).

417. — Geographisk och historisk afhandling om Syssmä socken i Kymmenegårds län och Savolax öfredels Härad. Resp. Mich. Ticcander (non v.).

418. — Oekonomisk beskrifning öfver Kulsiala församling i Tavastehus Län. Resp. Laur. Palander. Åbo 1767 (non v.).

419. — Undersökning om Nyland och Tavastehus län cetq. Resp. S. G. Mellenius. Åbo 1789 (non v.).

420. — Anmärkningar om förgiftiga växter i gemen. Resp. C. G. Wallenius. Åbo 1773 (non v.).

421. — Akademisk afhandling om Hollola socken uti Tavastland. Resp. J. Fr. Bucht. Åbo. 1792 (non v.).

Pritzel (in: Thes. liter. bot.) et Sälan (in: Öfvers. af Finl. botan. litter.) praeterea magnam copiam commentationum a P. A. Gadd conscriptarum citant, quas tamen recipere haesito, cum potius agriculturam et horticulturam, quam botanicam, spectare mihi videantur.

422. **Gärtner, Josephus.** Observationes et descriptiones botanicae; in: Novi Comm. Acad. sc. Petrop. XIV. 1770. p. 531—547. tab. XIIX—XX (v. in b. H. Petr.). — *Genera 2 (Lagotis, Agropyrum) et species 7 novae (6 rossicae, 1 chinensis) exponuntur.*

423. **Gebler, Fridericus Augustus.** Rapport d'un voyage dans les hautes montagnes catouniennes jusqu'à la frontière de la Chine; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. IX. 1836. p. 329—350 (v. in b. Hort. Petr.). — *Arborum limes superior in monte Chôlsun (5050 ped. supra mare) et Corydalis stricta ad fl. Argut inventa commemorantur.*

424. — Uebersicht des katunischen Gebirges, der höchsten Spitze des russischen Altai; in: Mém. pres. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. III. 1837. p. 455—560 (v.). — *In p. 513—521 de plantis montium katunjensium tractatur.*

425. **Geheeb, A.** Beitrag zur Moosflora des westlichen Sibiriens; in: Regensb. Bot. Zeit. 1879. p. 471—480 (v. in b. Hort. Petr.). — *Musci frondosi 28 et Hepaticae 3 a comite Waldburg-Zeil in Sibiria occidentali lecti lustrantur, additis animadversionibus variis.*

Gelesnov (Shelesnow, Желѣзновъ), Nicolaus a (Николай Ивановичъ). Conferas F. J. Ruprecht sub n. 1215.

426. — Разборъ сочиненія Гиргенсона «Naturgeschichte der Laub- und Lebermoose Liv-, Ehst- und Kurlands»; in: XXX присужд. Демид. нагр. 1861. p. 161—168 (non v.).

427. — О распространеніи бѣлаго трюфеля въ Россіи; in: Вѣстн. Имп. Росс. Общ. Садов. (non v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 8 p. (b. Tr.). Germanice sub titulo: Ueber das Vorkommen der Weissen Trüffel (Rhizopogon albus Fries.) in der Umgebung von Moskau; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1869. II p. 449—458. (b. Tr.). — *Fungi, nunc Chaeromycetis macandriformis Vittad. nunc Rhizopogonis albi Fries. nomine ab autore nuncupati, distributio per Rossiam et usus, nec non modus, quo colligitur, tra-*

ctantur, additis observationibus nonnullis in quasdam generis Tuberis species intra Rossiae fines occurrentes (Tuber aestivum et T. cibarium).

428. — Ueber die Ursache der Färbung des Salzwassers im See Sak in der Krim; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVII. 1872. p. 557—575. 1 tab. (b. Tr.). — *Aquae colorem roseum e Protococco salino Dun. pendere autor autumat.*

429. **Georgi, Johannes Theophilus (Gottl).** Bemerkungen einer Reise im Russischen Reich. St. Petersb. 1775. 4. T. I. 7 fol. haud signata et p. 1—506, T. II. p. 507—920 (b. Tr.). — *Observationes in vegetationem plagarum visitatarum per totum operis textum dispersae sunt, p. 194—242 autem enumeratio systematica plantarum ad lacum Baikal ab autore repertarum offertur, quae 737 species (639 Phaenogamas, 93 Cryptogamas) amplectitur, additis earum habitationibus et stationibus, nec non descriptionibus specierum quarundam novarum.*

430. — Versuch einer Beschreibung der natürlichen und ökonomischen Beschaffenheit des St. Petersburgischen Gouvernements. St. Petersb. 1790. 8. 159 p. 1 mappa geogr. (v. in b. Acad. Petrop.). — *Sistit reimpressionem illius partis (p. 445—596) operis subsequentis (n. 431), quae de indole gubernii Petropolitani tractat; in p. 57—85 easdem plantarum species 823 eodemque modo enumerat.*

431. — Versuch einer Beschreibung der Russisch Kaiserlichen Residenzstadt St. Petersburg und der Merkwürdigkeiten der Gegend. St. Petersb. 1790. 2 voll. 8. t. I. X. 1—340 p., t. II. p. 341—615. 1 tab. 1 mappa geogr. (v. in b. Acad. Petr.). Versio rossica prodiit: С.-Петерб. 1794. (non v.). — *Ad calcem tomi secundi (p. 445—596) invenitur tractatus «Abriss der natürlichen und ökonomischen Beschaffenheit des St. Petersburgischen Gouvernements», cui (p. 498—526) enumeratio plantarum Petropolitanarum 823 (Phaenogamarum 626, Filicoidearum 24, Cryptogamarum reliquarum 173) inserta est, additis stirpium rariorum locis natalibus nec non multarum nominibus germanicis et rossicis.*

432. — Geographisch-physikalische und naturhistorische Beschreibung des Russischen Reichs, zur Uebersicht bisheriger Kenntnisse von demselbem. Königsb. 8. Th. I. 1797. 374 p. 2 mappae geogr., Th. II. Abth. 1. 1798. p. 1—286, Abth. 2. 1799. p. 289—800, Abth. 3. 1799. p. 801—992, Abth. 4. 1799. p. 993—1142, Th. III. Bd. 1. 1798. p. 1—83, Bd. 2. 1798. p. 85—344, Bd. 3. 1798. p. 345—607, Bd. 4. 1800. p. 609—1072, Bd. 5. 1800 p. 1073—1461, Bd. 6. 1800. p. 1463—1677, Bd. 7. 1801. p. 1679—2222, Nachträge. 1801. p. 1—444. — *Partis III tomi 4 et 5, nec non supplementi p. 241—314, inscribuntur: «Pflanzenarten im Umfange des Russischen Reichs nach der Folge der vier und zwanzig Klassen des Pflanzen-Systems des Ritters von Linné», et 3627 species plantarum in Rossia sua sponte crescentes (3179 Phaenogamas, 51 Filicoideas, 397 Cryptogamas reliquorum ordinium) illo tempore notas lustrant, additis earum synonymis, nominibus vernaculis variis, habitationibus, stationibus et usu.*

Gerbanowski (Гербановскій), Christophorus (Христофоръ Ивдоровичъ). Conf. Chr. Herbanowski sub n. 535.

433. **Gerber, Traugott.** Flora volgensis seu plantae ad fl. Volgam, in desertis circa Simbirsk, Samara, Saratow, Zarizyn et in reditu per tractum Tanaënsium Cosaccorum et deserta Tamboviensia observatae 1739. (non v.). — *In lucem nunquam prodiit et e Pallasio et Karamyschewio a me receptum est.*

434. — Flora Tanaënsis seu conspectus plantarum in desertis Voronicensibus, Tavroviensibus et aliis collectarum et siccatarum anno 1741 (non. v.). — *Pariter nunquam publici juris factum est, a Pallasio et Karamyschewio tamen citatur.*

435. — Floram mosquensem conscripsit anno 1742, quae nunquam edita est. *Haller et Hoffmann ejus mentionem faciunt (non v.).*

436. **Germann, Godofredus Albertus.** Reise durch Esthland, vorzüglich botanischen Inhalts, im Sommer 1803 unternommen; in: Hoppe's Neu. Bot. Taschenb. auf das Jahr 1805 p. 57—105 (non v.).

437. — Beschreibung einer neuen Art der Gattung Valeriana; in: Regensb. Bot. Zeit. 1805. № 23. p. 359—361 (v. in b. Hort. Petr.). — *Planta haec in Grusia indigena Valeriana pubescens Germ. audit et Valerianellam uncinatam Dufr. sistit.*

438. — Verzeichniss der Pflanzen des botanischen Gartens der Kaiserlichen Universität zu Dorpat im Jahr 1807. Dorpat 1807. 8. 142 p. (b. Tr.). — *Insunt quoque 357 species plantarum in Livonia vel Esthonia spontaneae et ab autore inventae, quibus in catalogo signum crucis appositum est. Valerianae pubescentis Germ. diagnosis redit in hujus catalogi p. 137.*

439. **Gilibert, Joannes Emmanuel.** Exercitium botanicum in schola principe Universitatis Vilnensis habendum die... mensis Julii anno 1772, seu Enumeratio methodica plantarum tam indigenarum quam exoticarum, quas proprio marte determinaverunt alumni in campis Vilnensibus aut in horto botanico Universitatis, quasque juxta leges artis demonstrabunt. Vilnae. 4. 32 p. non signatae (v. in b. Univ. Kiov.). — *689 species phaenogamae vilnenses, ad methodum Ludwigianam digestae, adnotantur.*

440. — Observations sur les vertus médicinales de quelques plantes indigènes, dont les modernes ont ou méconnu ou négligé l'utilité. Extrait par M. le Professeur Pallas; in: Act. Acad. sc. Petr. pro anno 1777. II. p. 39—44 (v. in b. Hort. Petr.). — *De Euphorbiae Cyparissiae L., Asari europaei L., Eupatorii cannabini L., Saponariae officinalis L. et Lychnidis chalcedonicae L. proprietatibus disseritur.*

441. — Singularité de la plante appellée Menyanthes trifoliata; in: Act. Acad. sc. Petrop. pro anno 1777. II. 1780. p. 45 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Hujus plantae foecundationem ante floris anthesin, in flore clauso, perfici autor docet.*

442. — Indagatores naturae in Lithuania seu Opuscula varii argumenti, quae historiam animalium, vegetabilium in Magno Ducatu Lithuaniae et morborum, quibus in hac provincia homines vel maxime

obnoxii sunt, illustrare possunt. Vilnae 1781. 8. 128 p. (v. in b. Univ. Kiov.). — *Inter alia, quae botanicam non spectant, inest (p. 103—108) tractatus sub titulo: Observatio de ramo Taxi baccatae, singulari modo fasciato, — ex quo tractatu elucet Taxum in Lithuania haud raram esse et Gilibert eam in sylvis umbrosis districtus Brzesc legisse.*

443. — Flora lithuanica inchoata, seu Enumeratio plantarum, quas circa Grodnam collegit et determinavit. 8. Collect. I. Grodnae. 1781. p. I—XVIII, 1—66; Collect. II. ibid. 1781. p. 70—164; Collect III. ibid. 1781. p. 165—243; Collect. IV. Vilnae. 1782. p. 1—117; Collect. V. Vilnae. 1782. p. 121—294. Supplementum primae et secundae collectionis Florae lithuanicae, in qua enumeratis et descriptis plantis adjiciuntur earum vires medicinales aut usus domesticus adnotatur. S. i. l. et a. (Vilnae 1782) p. 245—308 (v. in b. Univ. Kiov.).

444. — Flora lithuanica inchoata seu Enumeratio plantarum, quas circa Grodnam collegit et determinavit. S. i. l. 1785. 8. 47 et 86 p. (b. Tr.). Redit in opere: Caroli Linnaei Systema plantarum Europae, curante J. E. Gilibert (v.). — *Insunt: a) ratio operis; b) Chloris Grodnensis seu conspectus plantarum agri Grodnensis in Lithuania, ordine Linnaeano, et c) Plantae rariores et communes Lithuaniae observationibus vel descriptionibus illustratae. In Chloride Grodnensi 1161 species (910 Phaenogamae, 251 Cryptogamae) inter Vilnam et Varsaviam, imprimis autem circa urbem Grodno, sua sponte crescentes et 53 species cultae enumerantur secundum systema Linnaei, exceptis Fungis, qui juxta methodum Gleditschianam dispositi sunt. In ipsa Chloride tantum nomina plantarum offeruntur; observationes in 382 plantas Lithuaniae seorsum et ordine alio sequuntur.*

445. — Caroli Linnaei botanicorum principis systema plantarum Europae, exhibens characteres naturales generum, characteres essentiales generum et specierum, synonima antiquorum, phrases specificas recentiorum Halleri, Scopoli etc., descriptiones rariorum, nec non floras tres novas, Sugdunensem, Delphinalem, Lithuanicam, non omissis plantis exoticis in

hortis Europae vulgo obviis, curante J. E. Gilibert. T. I—VII. Colon. Allobr. 1785—1787 (v.).

446. — Démonstrations élémentaires de botanique. Edit. III. Lyon 1787. 3 voll. 8. Vol. I. p. I—LII, 1—176, I—XXIV, 1—482; Vol. II. p. I—LXXXVIII, 1—580; Vol. III. p. 1—720 (v. in b. Univ. Kiov.). Edit. IV. Lyon 1796. 4 voll. in 8-vo textus et 2 voll. in 4-to tabularum (non v.). — *Editiones prima et secunda hujus operis auctoribus Latourette et Rozier prodierunt annis 1766 et 1773 et floram Lithuaniae non tangunt. Tantum in editionibus tertia et quarta etiam plantae Lithuaniae illustrantur. In editionis III^ae^ vol. I. p. 1—440 plantae variae juxta systema Linnaei dispositae enumerantur, additis earum diagnosibus et patria Lithuania; in ejusdem editionis III^ae^ vol. II. p. 1—580 et III. p. 1—672 stirpes variarum terrarum secundum Tournefortii methodum digestae describuntur et patria Lithuania pariter adnotatur.*

447. — Plantae lithuanicae cum lugdunensibus comparatae. Sistit volumen primum operis ejusdem autoris sub titulo: Exercitia phytologica, prodiit Lugd. Gall. 1792 in 8-vo et continet LXXX, 272 p. 61 tab. Inscribitur quoque: Supplementum Systematis plantarum Europae, s. i. l. et a. (b. Tr.) — *Species (et varietates) 1208 (939 Phaenogamae, 269 Cryptogamae) describuntur et ex parte iconibus illustrantur, additis earum synonymis Linnaeanis, habitationibus, stationibus, florendi tempore, usu, nec non observationibus variis. Plantae in ordinem redactae ad ipsius Giliberti methodum.*

448. — Histoire des plantes d'Europe ou Elémens de botanique pratique. Lyon 1798. 2 voll. 8. Vol. I. p. I—XXXII, 1—446, Vol. II. p. I—XVI, 1—482 (v. in b. Hort. Petr.). Editio altera prodiit sub titulo: Histoire des plantes d'Europe et etrangères les plus communes, les plus utiles et les plus curieuses, ou élémens de botanique pratique. 1806. 3 voll (non v.). — *In editionis primae vol. II. p. 187—400 exstat tractatus, qui inscribitur: Observations botaniques et méthode analytique appliquée aux plantes de Lithuanie et à celles*

qui sont généralement répandues en Europe. Etiam heic autor proprium suum systema secutus est. Species 1106 (Phaenogamae 888, Cryptogamae 218) animadversionibus vel descriptionibus dilucidantur et non raro habitationes intra Lithuaniae fines observatae iis adjiciuntur.

449. — Le Calendrier de flore pour l'an 1778 autour de Grodno et 1808 autour de Lyon. Lyon. 1809 (non v.).

Gilibert idem thema, scilicet Lithuaniae plantas, in operibus diversis perpetuo retractat et in infinitum variat. E contrario unius ejusdemque operis Gilibertiani editiones variae, quas autor curare studebat, haud raro magna ex parte diversi argumenti sunt et inter se adeo differunt, ut eas idem opus exhibere aegre agnoscas.

450. **Gingins de Lassaraz, liber baro Fridericus Carolus Johannes.** Description de quelques espèces nouvelles de Violacées reçues de M. Ad. de Chamisso; in: v. Schlechtend. Linnaea. I. 1826 p. 406—413 (v. in b. Hort. Petr.) — *Violae species 8 recensentur, quarum 4 (nova 1: Viola kamtschatica Ging.) in Rossia indigenae.*

451. **Girgensohn, Gustavus Carolus.** Etwas über die Moose der Ostseeprovinzen; in: Inland. 1850. № 1 (non v.).

452. — Trullaniam Tamarisci et Metzgeriam fuscatam in insulae Osiliae peninsula Sworbe nasci docet in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch. zu Dorpat. I. 1855. p. 161 (v. in b. Hort. Petr.)

453. — Uebersicht der bis jetzt bekannten Laub- und Lebermoose der Ostseeprovinzen; in: Archiv für d. Naturk. Liv-, Ehst-, und Kurlands. Bd. I. Lief. 2. p. 63—74 (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 12 p. (b. Tr.). — *Muscorum frondosorum et hepaticorum nomina 263 autor offert.*

454. — Naturgeschichte der Laub- und Lebermoose Liv-, Ehst- und Kurlands; in: Archiv für d. Naturk. Liv-, Ehst- und Kurlands. 2-te Ser. Bd. II. p. 1—488 (v. in b. Hort. Petr.). Separatim editum: Dorpat 1860. 8. Dedic. 488 p. (b. Tr.). — *Muscorum genera et*

species omnes in Livonia, Esthonia et Curonia observatae fuse describuntur, additis earum habitationibus et stationibus. Praeterea autem species multae in Rossiae plagis aliis repertae, quatenus autori innotuerunt, enumerantur et brevius describuntur, adjectis earum locis natalibus.

A. J. Gishdeu. Conf. A. J. Chishdeu sub n. 246.

455. **Glehn (Глэнъ), Petrus a (Петръ Петровичъ).** Flora der Umgebung Dorpats; in: Archiv für d. Naturk. Liv-, Ehst- und Kurl. 2-te Ser Bd. II. p. 489—574 (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum: Dorpat 1860 8. 88 p. (b. Tr.). — *In p. 7—37 de vegetatione provinciarum commemoratarum generatim tractatur, in p. 38—88 autem Phaenogamarum et Filicoidearum species 684 lustrantur, additis earum habitationibus et stationibus.*

456. — Verzeichniss der im Witim-Olekma-Lande von den Herrn J. S. Poljakow und Baron G. Maydell gesammelten Pflanzen; in: Act. Hort. bot. Petr. IV. 1. 1876. p. 1—96 (b. Tr.). Seorsum impressum: C.-Петерб. 1875. 8. 96 p. (b. Tr.). — *Phaenogamarum et Filicoidearum 308 species enumerantur, synonyma praecipua et loca, in quibus plantae lectae sunt, indicantur et ipsae species observationibus illustrantur.*

— Conf. F. Schmidt sub n. 1258.

— Conf. Indices semin. Hort. bot. Petrop. sub n. 1629.

457. **Gmelin, Joannes Georgius.** Flora sibirica sive historia plantarum Sibiriae. Petropli. 4. T. I. 1747. CXXX, 221 p. 2 indices. 50 tab. et T. II. 1749. XXIV, 240 p. 2 indices. 98 tab., auctore J. G. Gmelin; T. III. 1768. 276 p., 2 indices. 67 tab. auctore J. G. Gmelin et editore S. G. Gmelin; T. IV. 1769. 214 p. 84 tab. ex recensione S. G. Gmelin. (b. Tr.). Praefatio tomo I operis inserta in rossicum sermonem versa prodiit sub inscriptione: Переводъ съ предисловія, сочиненнаго профессоромъ Гмелинымъ къ первому тому Флоры сибирской. S. i. l. et a. 4. 84 p. (non v.). — *Operis hujus tomus V, plantas cryptogamas (Cryptantheras) auctore Kraschenninikow amplectens, manu scriptus exstat in Academia scientiarum Petropolitana, in lucem autem nunquam prodiit. Florae sibiricae tomi 4 editi secundum Ledebourii Commentarium 1178 species phaenogamas continent, additis earum descriptionibus, habitationibus, stationibus et variorum iconibus.*

458. — Joannis Georgii Gmelin..... Reliquias quae supersunt commercii epistolici cum Carolo Linnaeo, Alberto Hallero, Gulielmo Stellero et al., Floram Gmelini sibiricam ejusque iter sibiricum potissimum concernentis ex mandato et sumtibus Academiae scientiarum Caesareae Petropolitanae publicandas curavit D. G. Th. Plieninger..... Stuttg. 1861. 8. VIII. 196 p. (v. in b. Hort. Petr.). — *Insunt Linnaei et Halleri animadversiones in plantas Sibiriae varias ab J. G. Gmelin cum illis communicatas et Stelleri observatiunculae in stirpes nonnullas, quas ipse in Sibiria legit.*

459. **Gmelin, Samuel Theophilus (Gottlieb).** Historia Fucorum, iconibus illustrata. Petrop. 1768. 4. 6 fol. non sign., 239, 6 p. 33 tab. (2 tab. duplic.) (v. in b. Hort. Petr.). — *Species 109 Fucis ab auctore adnumeratae describuntur et ex parte iconibus illustrantur. Inter plantarum loca natalia etiam maria rossica (Balticum, Album, Kamtschaticum, Kurilense cetq.) haud raro commemorantur.*

460. — Observationes et descriptiones botanicae; in: Nov. Comment. Acad. sc. Petrop. XII. 1768. p. 508—521. tab. VIII—XIII (v. in b. Hort. Petr.). — *E nostratibus Botrychium Lunaria Sw., B. rutaceum W., B. virginianum Sw., Pteris argentea S. G. Gmel. et Allosurus Stelleri Rupr. adumbrantur.*

461. — Lychnanthos volubilis et Limnanthemum peltatum, nova plantarum genera; in: Nov. Comment. Acad. sc. Petrop. XIV. 1770. p. 525—530. tab. XVII (v. in b. Hort. Petr.). — *Cucubali bacciferi L. et Limnanthemi peltati S. G. Gmel. descriptiones et icones offeruntur. Plantae ambae a Gmelin ad fl. Tanaim observatae sunt.*

462. — Reise durch Russland zur Untersuchung der drei Naturreiche. St. Petersb. 4. Vol. I. s. i. a. VI, 182 p. 40 tab.; vol. II. 1774. VIII, 260 p. 46 tab.; vol. III. 1774. 508 p. 5 tab.; vol. IV. 1784. XXVI, 218 p. 18 tab. (v. in b. Hort. Petr.) Versio rossica prodiit: С.-Петерб. 1771—1785 (non v.). — *Animadversiones botanicae et descriptiones quarundam plantarum novarum vel minus cognitarum textui itinerarii variis in locis insertae sunt. In tabulis nonnullis plantae notabiliores repraesentantur.*

463. **Gobi (Гоби), Christophus (Христофоръ Яковлевичъ).** Algologische Studien über Chroolepus Ag.; in: Bull. d. l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVII. 1872. p. 124—140. 1 tab. (b. Tr.). — *De genere Chroolepo imprimis de hujus generis specie nova (Chr. uncinato Gobi) prope Petropolin vigente agitur.*

464. — Темноцвѣтныя водоросли (Phaeosporeae et Fucaceae) Финскаго залива; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. V. 2. 1874. p. 1—32 (b. Tr.). Germanice in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. T. XXI. № 9 (non v.). — *Algarum species 18 (1 nova) in sinu Fennico maris Baltici observatae describuntur, additis earum synonymis et habitationibus.*

465. — Предварительный отчетъ о снаряженной С.-Петербургскимъ Обществомъ Естествоиспытателей ботанической Экскурсіи въ Новгородскую губернію; in: Труд С.-Петерб. Общ. Естеств. VII. 1876. p. CLV—CLXII (b. Tr.). — *Relatio huec observationes in floram montium Waldaiensium et indicem plantarum quarundam rariorum vel memorabiliorum hujus plagae adfert.*

466. — О вліяніи Валдайской возвышенности на географическое распространеніе растеній, въ связи съ очеркомъ флоры западной части Новгородской губерніи; in: Труд С.-Петерб. Общ. Естеств. VII. 1876. p. 115—284. 3 mappae geogr. (b. Tr.). Separatim impressum: С.-Петерб. 1876. 8. 168 p. 3 mappae geogr. (b. Tr.). — *P. 45—116 (vel 161—232) catalogum offerunt, 637 species plantarum (615 Phaenogamarum et 22 Filicoidearum) in parte occidentali gubernii Nowgorod observatas continentem, additis earum habitationibus et stationibus; in p. 125—164 (vel 241—280) autem de limitibus distributionis quarundam plantarum (36 specierum) intra Rossiae europaeae fines tractatur. Praeterea de tractus commemorati topographia, structura geologica, solo, climate cetq. disseritur.*

467. — Багрянки или красныя водоросли (Florideae) Финскаго залива; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. VIII. 1877. p. 70—90. 1 tab. (b. Tr.) et Протоколъ засѣданія l. c. p. 112—113 (b. Tr.). Versio germanica prodiit in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. T. XXIV. № 7 (non v.). — *Floridearum 9 species in sinu Fennico vigentes recensentur, additis earum synonymis et habitationibus, nec non observationibus variis.*

468. — Ueber einige Phaeosporeen der Ostsee und des Finnischen Meerbusens; in: De Bary und Kraus Bot. Zeitg. 1877. № 33 et 34 (b. Tr.). — *Ad animadversiones Areschougii (Botan. Notis. 1876. № 2) in autoris tractatum de Phaeosporeis et Fucaceis sinus Fennici (n. 464) hic responsum dat. De Dictyosiphone tortili Rupr., Sphacelaria radicante Dillw., Rolfsia verrucosa Aresch. aliisque agitur.*

469. — О новомъ растительномъ организмѣ Rivularia flos aquae Gobi., причиняющемъ цвѣтеніе водъ; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. IX. 1878. p. 240—248 (b. Tr.); X. 1879. p. 100—101 (b. Tr.). Germanice prodiit sub inscriptione «Ueber eine die Erscheinung der Wasserblüthe im Meerwasser hervorrufende Rivularia» in: Hedwigia. 1878. p. 33—37, 49 (v. in b. Hort. Petr.). — *Descriptio hujus Algae in sinu Fennico a Gobi detectae et observatae offertur. Eam a Rivularia fluitante Cohn. haud differre autor docet.*

470. — Флора водорослей Бѣлаго моря и прилежащихъ къ нему частей Сѣвернаго Ледовитаго Океана; in: Труд.

С.-Петерб. Общ. Естеств. VIII. 1877. Протоколы p. 124—126, 127—128. IX. 1878. p. 293—412 (b. Tr.). — *Algarum maris Albi et oceani Glacialis species 76 (33 Florideae, 6 Fucoideae, 1 Tilopteridea, 26 Phaeosporeae, 12 Chlorosporeae, 1 Phycochromacea) enumerantur, adjectis earum synonymis et habitationibus, nec non observationibus variis.*

470*. — Отчетъ объ альгологическихъ изысканіяхъ, произведенныхъ лѣтомъ 1877 г. въ Финскомъ заливѣ; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. X. 1879. p. 83—92 (b. Tr.). — *Autor notat Algas, quas a. 1877 in sinu Ssestrorjezkiensi, in vicinia urbis Reval nec non in sinu Narvensi observavit. Genera nova Asterocytis Gobi et Capsosiphon Gobi proponuntur.*

470**. — Краткій отчетъ о поѣздкѣ, совершенной лѣтомъ 1878 г. съ альгологическою цѣлью; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. X. 1879. p. 93—97 (b. Tr.). — *Algas memorabiliores, quas a. 1878 in sinu fennico et in lacubus Ladoga et Ssaima reperit, autor indicat.*

471. — et **Alexander (Александръ Васильевичъ) Grigorjew (Григорьевъ).** Предварительный отчетъ о совершенной лѣтомъ 1872 г. поѣздкѣ на сѣверный берегъ Финскаго залива, для альгологическихъ изслѣдованій; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. IV. 1873. p. 122—138 (b. Tr.). — *De sinus Fennici Algis, anno 1872 ab autoribus observatis, generalia quaedam afferuntur.*

472. **Godet, C.** Essai d'une flore des montagnes du Béchetau et des contrées avoisinantes, entre 1400 et 4124 pieds de hauteur absolue; in: Du Bois de Montp. Voy. aut. du Cauc. IV. p. 528—557 (v. in b. Hort. Petr.). — *Nomina 430 specierum plantarum (426 Phaenogamarum et 4 Filicoidearum) a Godet, Du Bois, Güldenstaedt, Pallas et Steven repertarum afferuntur.*

473. **Goebel, Carolus Traugott Friedemannus.** Reise in die Steppen des südlichen Russlands. Dorpat. 1838. 4. T. I. XIV, 328 p.

12 tab. 1 mappa geogr.; T. II. VIII, 372 p. 6 tab. (b. Tr.). — *Tomus I relationem de itinere continet, et inter alia quoque de vegetatione variis in locis observata quaedam adfert. In tomo II tractatus 2 a Carolo Claus concinnati reperiuntur, quorum alter (p. 216—246) «Ueber die Flora und Fauna der kaspischen Steppe», alter autem (p. 247—322) «Index plantarum in deserto caspio atque in regionibus prope adjacentibus observatarum» inscribitur. In indice 1011 species phaenogamae enumerantur, additis earum habitationibus et specierum nonnullarum novarum vel rariorum descriptionibus nec non 8 specierum iconibus.*

474. **Goldbach (Гольдбахъ), Carolus Ludovicus.** Dissertatio inauguralis Croci historiam botanico-medicam sistens. Mosq. 1816. 8. 54 p. (v. in b. Hort. Petr.). — *Croci species 15 (rossicae 4) describuntur, adjectis earum patria synonymisque, et Croci sativi L. usus demonstratur.*

475. — Spicilegium florae mosquensis; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. V. 1817. p. 117—141 (b. Tr.). — *Observationes in 143 stirpes mosquenses (134 Phaenogamas, 2 Filicoideas et 7 Muscos) offeruntur, nomina pauca nova proponuntur, errores quidam a Stephano, Adamsio et ipso autore commissi corriguntur, denique 11 species a Pallasio et Stephano receptae e Flora mosquensi excluduntur.*

476. — Monographiae generis Croci tentamen; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. V. 1817. p. 142—161 (b. Tr.). — *15 species (4 rossicae) describuntur, additis earum synonymis et patria.*

477. — Catalog der moskowischen Flora; in: Regensb. Bot. Zeitg. 1820. II. Zweite Beil. p. 17—24 (v. in b. Hort. Petr.). — *770 species mosquenses (629 Phaenogamae, 141 Cryptogamae) enumerantur. Nil nisi nomina.*

478. — Изображенія растеній, употребительныхъ въ медицинѣ, сельскомъ хозяйствѣ, отпечатанныя съ самыхъ растеній, съ описаніемъ вида и пользы. Москва 1823. Тетр. I—III. (non v.).

479. — Observationes in Donacem borealem Trin. aliasque nonnullas plantas mosquenses publicavit in: Regensb. Bot. Zeitg. IV Jahrg. II Bd. 1821. p. 63—64 (v. in b. Hort. Petr.).

— Conf. H. Mertens sub n. 886.

480. **Goljanizki (Голяницкій), St.** Sphaeroplea Trevirani Kg.; in: Кіевск. Унив. Извѣст. 1864. № 12. p. 1—15. 1 tab. (b. Tr.). — *Generis hujus 4 species enumerantur et Sphaeroplea Trevirani Kg. prope Kiew observata fusius describitur.*

Gorjaninow (Горянинов), Paulus (Павелъ Оедоровичъ). Conf. P. Horaninow sub n. 589.

481. **Gornizki (Gornitzky, Горницкій), Constantinus (Константинъ Степановичъ).** Conspectus plantarum sponte nascentium et vulgo cultarum, quas anno 1870 circa oppidum Walki provinciae Charkoviensis collegit; in: Труд. Харьк. Общ. Испыт. Прир. T. V. 1872. p. 71—98 (v. in b. Hort. Petr.). — *Species 677 (Phaenogamae 673, Filicoideae 4) lustrantur et earum stationes, florendi tempus nec non duratio adjiciuntur.*

482. — Матеріалы для флоры Харьковской губерніи: Обозрѣніе сосудистыхъ растеній, собранныхъ въ уѣздахъ Валковскомъ и Изюмскомъ въ теченіи 1870—1872 год.; въ Труд. Общ. Исп. Прир. при Харьк. Унив. T. VI. 1872. p. 167—201. VII. 1873. p. 123—134 (v. in b. Hort. Petr.). — *Index hic species 1052 (Phaenogamas 1042, Filicoideas 10) in districtibus Charkow, Walki, Smijew et Isjum gubernii Charkow lectas comprehendit, additis earum stationibus et duratione.*

483. **Goroshankin (Горожанкинъ), J. (И. И.).** Генезисъ въ типѣ пальмеллевыхъ водорослей. I. Опытъ сравнительной морфологіи сем. Volvocineae Rabenh.; in: Изв. Имп. Общ. любит. естеств., антроп. и этногр. T. XVI. Вып. 2 (non v.). Seorsum impressum: Москва. 1875. 4. 39 p. 3 pag. non sign. 2 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Autor observationes in Volvocinearum structuram et evolutionem, Mosquae in Eudorina elegante Ehr., Pandorina morum Bory, Gonio pectorali Müll., Volvoce globatore L. et Chamydomonade pulvisculo Ehr. institutas, offert.*

484. **Gorski, Stanislaus Batys.** Wycieska do puszczy Białowieskiéy w celu botanicznym odbyta; in: Diar. Viln. 1829. № 9. p. 207 seq. (non v.).

485. **Gorter, Davidus a.** Flora ingrica ex schedis Stephani Krascheninnikow confecta et propriis observationibus aucta. Petrop. 1761. 8. 8 et 190 p. (b. Tr.) et Appendix ad floram ingricam. S. i. l. et a. (1764) 8. p. 191—204 et 2 p. non signatae (b. Tr.). — *Ad systema Linnaei 580 species (489 Phaenogamae, 16 Filicoideae, 75 Cryptogamae reliquorum ordinum) enumerantur, adjectis earum synonymis, nominibus vernaculis rossicis, habitationibus, stationibus et florendi tempore, nec non observationibus et descriptionibus quibusdam.*

Granlund, Wilhelmus. Conf. Peter Kalm sub n. 632.

486. **Grape E. J.** Utkast till beskrifning öfver Enontekis sokn i Torneå Lappmark; in: Kngl. Sv. Vet. Akad. nya handl. 1803. p. 197, 259. 1804. p. 1—108. (non v.).

487. **Gremiatschinski (Гремячинскій), Simon (Семенъ).** Астраханская водяная роза; in: Вѣстн. Естеств. Наукъ. 1856 (non v.).

488. — Прикаспійская Волжско-Уральская Флора (non v.). — *Tractatus hic manu scriptus Academiae scientiarum Petropolitanae praesentatus in lucem nunquam prodiit.*

Grigorjew (Григорьевъ), Alexander (Александръ Васильевичъ). Conf. Chr. Gobi sub n. 471.

489. **Grimm (Гриммъ), Oscarus (Оскаръ Андреевичъ).** Списокъ растеній, собранныхъ въ окрестностяхъ деревни Глади, Межниковской волости, и сельца Петровскаго, Трясовской волости; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. III. 1872. p. 16—

18 (b. Tr.). — *216 species phaenogamae in districtu Krestzy gubernii Nowgorod collectae enumerantur, additis earum habitationibus.*

490. **Grindel, Davidus Hieronymus.** Botanisches Taschenbuch für Liv-, Cur- und Ehstland. Riga. 1803. 16. X, 373 p. 4 tab. (b. Tr.). — *Vegetabilium 1083 species (888 Phaenogamae, 195 Cryptogamae omnium ordinum) lustrantur, appositis earum stationibus, florendi tempore et hic illic habitationibus, nec non diagnosibus generum et specierum omnium et observationibus ulterioribus quibusdam.*

491. **Gromow (Громовъ), Jacobus (Я.).** Enumeratio stirpium phaenogamarum agri charkoviensis; in: Труд. Общ. наукъ, сост. при Имп. Харьк. Унив. I. p. 136—154 (v. in b. Univ. Kiov.).

Groschke, Johannes Theophilus. Conf. P. a Keyserling et E. a Derschau sub n. 680.

492. **Gruner (Груверъ), Leopoldus (Левъ Осдоровичъ).** Schilderung der Vegetationsverhältnisse des östlichen Allentacken; in: Archiv für d. Naturk. Liv-, Ehst- und Kurlands, 2-te Ser. Bd. VI. Lief. 1. p. 121—132 (v. in b. Hort. Petr.). — Separatim impressum: Dorpat. 1862. 8. 14 p (b. Tr.). — *De vegetatione partis orientalis districtus Allentacken Esthoniae generatim disseritur, stirpes omnes autem hac in plaga obviae nequaquam adferuntur.*

493. — Versuch einer Flora Allentackens und des im Süden angrenzenden Theiles von Nord-Livland; in: Archiv. für d. Naturk. Liv-, Ehst- und Kurlands. 2-te Ser. Bd. VI. Lief. 2. 1864. p. 373—532 (v. in b. Hort. Petr.). — Seorsum typis excusum: Dorpat 1864. 8. 162 p. (b. Tr.). — *De plagae topographia et florae area, fontibus literariis ac charactere tractatur, denique 810 species plantarum (685 Phaenogamae, 21 Filicoideae, 103 Musci, 1 Characea) enumerantur, additis earum habitationibus et stationibus, nec non adnotationibus variis.*

494. — Plantae Bakuenses Bruhnsii. Verzeichniss der von dem Prov. Alex. Bruhns auf der Insel Swätoi und der Halbinsel Apscheron

während der Jahre 1863—1865 gesammelten Pflanzen; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1867. IV. p. 380—463. 2 tab. (b. Tr.). Seorsum impressum: Mosc. 1868. 8. 84 p. 2 tab. (b. Tr.). — *218 species Phaenogamarum recensentur, additis observationibus variis, florescentiae et fructescentiae tempore atque hic illicque locis natalibus. Species 6 novae fuse describuntur.*

495. — Zur Kenntniss der Vegetationsverhaeltnisse von Palna; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1868. I. p. 280—294 (b. Tr.). Separatim impressum: Mosc. 1868. 8. 15 p. (b. Tr.). — *Stationes plantarum diversae in praedio Palna gubernii Orel observatae exponuntur et plantarum species iis propriae indicantur.*

496. — Enumeratio plantarum, quas anno 1865 ad flumina Borysthenem et Konkam inferiorem in Rossiae australis provinciis Catherinoslaviensi et Tauria collegit; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1868. III. p. 96—169, IV. p. 406—459, 1869. I. p. 91—142 (b. Tr.). — *Index hic 539 Phaenogamas amplectitur, additis earum synonymis, habitationibus, stationibus, florescentiae et maturitatis tempore et nominibus rossicis, nec non animadversionibus variis ac specierum 5 et varietatum plurium novarum descriptionibus.*

497. — Observationes quasdam in floram districtus Allentacken affert in: Sitzungsber. der Naturf. Gesellsch zu Dorp. II. 1869. p. 27—31 (v. in b. Hort. Petr.).

498. — Zur Charakteristik der Boden- und Vegetationsverhältnisse des Steppengebietes und der Dnjepr- und Konka-Niederung unterhalb Alexandrowsk (Gouv. Jekaterinoslaw); in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1872. I. p. 79—144 (b. Tr.). — *Sistit descriptionem topographicam et phyto-geographicam plagae commemoratae, annexis observationibus in tempus florescentiae et maturitatis plantarum.*

499. — Списокъ растеній, собранныхъ близъ города Ельца; in: Труд. Общ. Исп. Прир. при Имп. Харьк. Унив. VII. 1873. p. 1—61 (v. in b. Hort. Petr.). — *Catalogus hic plantarum prope Jelez gubernii Orel lectarum species 621 (Phaeno-*

gamas 574, Filicoideas 9, Hepaticas 2, Muscos frondosos 31, Lichenes 5) amplectitur earumque loca natalia et stationes indicat. Continuationem commentationis sub n. 495 commemoratae sistit.

500. — et **Eduardus Lehmann.** Landwirthschaftliches Herbarium (non v.). Accedit Leopoldi Gruner: Commentar zu dem von Leopold Gruner und Eduard Lehmann herausgegebenen landwirthschaftlichen Herbarium. Dorpat 1862. 8. 39 p. (b. Tr.). — *Commentarius hic 279 species Phaenogamarum, Filicoidearum, Muscorum et Lichenum, in provinciis balticis cultas vel sua sponte nascentes, continet earumque usum indicat.*

501. **Güldenstaedt (Гильденштетъ), Julius Antonius.** Kraschenninnikowia, novum plantarum genus; in: Nov. Comment. Acad. sc. Petrop. XVI. 1772. p. 548—560. tab. XVII (v. in b. Hort. Petr.). — *Eurotiae ceratoidis C. A. Mey. ad Tanain et Wolgam observatae descriptio et icon exhibentur.*

502. — Reisen durch Russland und im Caucasischen Gebürge, herausgegeben von P. S. Pallas. St. Petersb. 4. T. I. 1787. XXIV, 511 p.; T. II. 1791. 552 p. (b. Tr.). — *Plantae in itinere observatae in textu undique insertae sunt, praeterea autem invenies: I. p. 107—114 indicem systematicum 495 specierum (485 Phaenogamarum, 10 Cryptogamarum) secus flumina Choper et Don nascentium; I. p. 188—197 indicem methodicum 509 stirpium (478 Phaenogamarum, 31 Cryptogamarum) ad fl. Terek vigentium, et I. p. 418—430 catalogum locupletem vegetabilium in variis regionibus Transcaucasiae lectorum et juxta eorum loca natalia dispositorum.*

503. — Beschreibung der kaukasischen Länder. Aus seinen Papieren gänzlich umgearbeitet cetq. von Julius Klaproth. Berl. 1834 (v.). — *In p. 112—121 index plantarum in isthmo caucasico lectarum adest.*

504. **Günther (Гинтеръ), Alexander (Александръ Карловичъ).** Матеріалы для познанія Флоры Олонецкой губерніи; in: Памятн. книжка Олон. губ. 1867. p. 184—194 (non v.).

505. **Guljajew (Гуляевъ), S.** Bemerkungen über den Bezirk der Altaischen Hüttenwerke; in: Erman's Archiv. IX. 1850. p. 217—262 (v.). — *De hujus tractus vegetatione tantum perpauca afferuntur.*

506. **G—w (Г—въ), P—r (П—ръ).** Растительность, сады и садоводство въ Имеретіи; in: Газ. Кавк. за 1855 г. № 95. seq. (non v.).

507. — Замѣтки о Кутаисской растительности въ 1856 г.; in: Зап. Кавк. Общ. Сельск. Хоз. 1857. sect. II. p. 111 seq. (non v.).

508. — Списокъ растеніямъ Имеретіи и окрестныхъ мѣстъ по Ледебуру; in: Зап. Кавк. Общ. Сельск. Хоз. 1857. sect. II. p. 157 seq. (non v.).

H.

509. **Haartman, Johannes Gustavus.** De Tussilagine commentarii botanici part. I. Respond. A. J. Orrström. Abo 1797 (non v.).

510. **Haas, Fridericus Josephus.** Ma visite aux Eaux d'Alexandre. 1812 (non v.). — *Commentatio haec indicem plantarum caucasicarum continere dicitur.*

511. **Hablizl, Carolus Ludovicus.** Физическое описаніе Таврической области, по ея мѣстоположенію и по всѣмъ тремъ царствамъ природы. С.-Петерб. 1785 (v.). Versio germanica inscribitur: Physikalische Beschreibung der Taurischen Statthalterschaft nach ihrer Lage und allen drey Naturreichen. Aus dem Russischen übersetzt von L. Guckenberger. Hannov. u. Osnabr. 1789 (b. Tr). Gallice prodiit: La Haye 1788 (non v.). — *De Tauriae 72 plantis hortensibus, 5 cerealibus, 55 arboribus fruticibusque sylvestribus et 395 plantis aliis indigenis tractatur, additis earum habitationibus, stationibus et florendi tempore.*

512. **Haellström, F.** In distributionem vegetationis per Ostrobottniam collectanea (non v.)—Conf. Notis. ur Sällsk. pro fauna et flora fenn. förh. Första Haeft. 1848. p. 302.

513. **Hahn, Petrus.** Dendrologia. Resp. A. Hasselqvist. Åbo 1698 (non v.).

514. **Halenius, Jonas P.** Plantae Camtschatcenses rariores; in: Linn. Amoen. acad. II. 1762. p. 306—334 tab. IV. (v. in b. Hort. Petrop.). Seorsum impressum: Upsal. 1750 (non v.). — *Primum 11 plantae Kamtschaticae notabiliores commemorantur, dein 26 species (25 Phaenogamae, 1 Selaginella) in Kamtschatka et aliis regionibus lectae, vel a Georgio Demidow vel a J. G. Gmelin cum Linné communicatae, describuntur et earum paucae iconibus illustrantur. De singularum stirpium locis natalibus autor plerumque prorsus silet.*

515. **Harz, C. O.** Beitrag zur Kenntniss des Polyporus officinalis Fries: in: Bull. de la Soc. des nat. de Mosc. 1868. I. p. 3—40. 2 tab. (b. Tr.). — *Fungus hic describitur et ejus historia, structura, vitae ratio et constitutio chemica exponuntur.*

Hasselqvist, A. Conf. P. Hahn sub n. 513.

516. **Hebenstreit, Johannes Christianus.** Alkekengi, calyce profunde diviso, fructu sicco; in: Nov. Comment. Acad. sc. Petr. V. 1760. p. 319—329. tab. IV (v. in b. Hort. Petrop.). — *Nicandrae physaloidis Gärtn. historia, descriptio et icon offeruntur.*

517. — Plantarum aliquot rariorum descriptiones completae; in: Nov. Comment. Acad. sc. Petrop. VIII. 1763. p. 315—338. tab. XI—XIII (v. in b. Hort. Petr.). — *E nostratibus Tournefortia Arguzia R. et Sch., Brassica chinensis L. et Sinapis orientalis L. ad specimina Petropoli culta describuntur.*

518. **Heinzelmann, Johannes Godofredus.** Flora tatarica Orenburgensis, in itinere Moscua Ufam, Ufa Orenburgum, exinde Baschkirtzorum Nogaiensiumque regiones in Sibiriam usque juxta Uralenses montes, per desertum Ufense et deserta Kirgis-Kasacorum et Kalmukorum anno

1736 recensita ab Ammano, Siegesbeckio, Gerbero, Schobero aliisque, cum locis natalibus. — *Opus a Karamyschewio citatum nunquam in lucem editum, jam deperditum. Verisimiliter idem liber est, cujus mentionem Hoffmann (De fatis cetq. rei herbariae p. 17) fecit sub titulo: Flora tatarica.*

519. — Flora Samarensis Tatarica seu plantae, quas circa Samaram urbem et fluvium anno 1737 observavit et collegit, secundum methodum Rivini digesta a Gerbero (Karamyschew in Linn. Amoen. VII. p. 448). — *Nunquam typis excusum est jam non exstat.*

520. — Flora tanaënsis. — *Nunquam publici juris factum est et solummodo ab Hoffmann (De fatis cetq. rei herbariae p. 17) commemoratur.*

521. **Hellenius, Carolus Nicolaus (Nils).** Förteckning på Finska medicinal-växter. Åbo 1773 (non v.).

522. — Hypericum, quod dissertatione botanico-medica praeside Dom. Doct. Carolo a Linné cetq. exhibet. Upsal. 1776 (non v.). Redit in Linn. Amoen. acad. VIII. p. 318—332 (non v.).

523. — Dissertatio botanica de Calla. Resp. J. Fr. Sacklén. Aboae 1782 (non v.).

524. — Specimen Calendarii florae et faunae Aboensis, quod cetq. examinandum sistit Johan. Gust. Justander. Aboae 1786. 4. 20 p. (v. in b. Hort. Petr.). Reimpressum in Usteri Delect. opusc. bot. I. p. 104—125 (non v.). — *Tempus indicatur, quo Aboae plantae variae annis 1780, 1781, 1782, 1783, 1784 et 1785 in phases vegetationis diversas intrarunt.*

525. — Dissertatio botanica de Evonymo, quam cetq. examini tradit Car. Ascholin. Aboae 1786. 4. 25 p. 1 tab. (v. in b. Hort. Petr.). Redit in Usteri Del. opusc. bot. I. (non v.). — *Evonymi species 6 describuntur, adjectis earum patria, synonymis, proprietatibus et usu, nec non icone Ev. japonici.*

526. — Dissertatio botanica de Hippuride, quam cetq. examini submittit Car. Reg. Brander. Aboae 1786. 4. 21 p. 1 tab. (v. in b.

Hort. Petr.). Redit in Usteri Del. opusc. botan. I. (non v.). — *Hippuridis species 2 discernuntur, earum patria, synonyma, proprietates et usus exponuntur atque H. maritimae icon offertur.*

527. — Dissertatio academica de Hippophaë. Resp. Petr. Stenberg. Aboae 1789. (non v.).

528. — Anmärkningar rörande ogräsen i Orihvesi socken af Tavastland. Resp. Andr. Salovius. Åbo 1789 (non v.).

529. — Dissertatio botanica de Cichorio. Publ. exam. subjic. Henr. Nelly. Aboae. 1792 (v. in b. Hort. Petr.). — *Cichorii species 3 exponuntur et de Cichorio Intybo L. fusius disseritur. Licet autor hanc stirpem Fenniam habitare non enuntiet, tamen Wirzen (Pl. offic. Fenn. p. 67) eam ad vias Careliae meridionalis, circa Kivinebb, sua sponte nasci docet.*

530. — Afhandling om Wassen, Arundo Phragmites L. Resp. M. Lundén. Aboae 1795 (non v.).

Hellenius, Johannes. Conf. P. Kalm sub n. 633.

Hellström, Fredericus. Conf. J. M. Tengström sub n. 1410.

531. **Helm, Fridericus Gustavus.** Plantae novae Sibiriae; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. II. 1809. p. 106—107. tab. VIII (v. in b. Hort. Petr.). — *Veronica leucantha Helm. et Bupleurum bicaule Helm. describuntur et in tabula adjecta adumbrantur.*

532. **Helm (Гельмъ), Paulus (Павелъ Густавовичъ).** Ботаническая поѣздка изъ Богословска въ Тагиль 10—28 Мая 1871 г.; in: Зап. Уральск. Общ. Любит. Естеств. I. 1. 1873. p. 31—32 (b. Tr.). Redit in: Извлеч. изъ журн. засѣд. Комит. Уральск. Общ. Люб. Естеств. S. i. l. et a. p. 4—5 (b. Tr.). — *Plantae quaedam inter Bogoslowsk et Tagil observatae commemorantur.*

533. — Замѣтки о пользѣ нѣкоторыхъ Богословскихъ растеній; in: Зап. Уральск. Общ. Любит. Естеств. I. 1. 1873.

p. 33 (b. Tr.). Redit in: Извлеч. изъ журн. засѣд. Комит. Уральск. Общ. Естеств. S. i. l. et a. p. 6 (b. Tr.). — *Usus 9 speciorum plantarum prope Bogoslowsk crescentium indicatur.*

Helmersen (Гельмерсенъ), Gregorius ab (Григорій Петровичъ). Conf. A. Lehmann sub n. 757.

— Conf. A. Wlangali sub n. 1612.

534. **Henning (Генингъ), Johannes (Иванъ Ивановичъ).** Observationes de plantis tanaicensibus; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. VI. 1823. p. 61—93 (b. Tr.). — *938 species (934 Phaenogamae, 3 Musci, 1 Fungus) enumerantur et observationibus illustrantur, sed earum loca natalia prorsus negliguntur, quod quidem valde dolendum, cum autor plantas suas non solum in terra Cosaccorum tanaicensium, verum etiam in Ucraniae regionibus, immo in tractu montibus Caucasicis a septentrione adjacente, lectas esse referat.*

535. **Herbanowski (Gerbanowski, Гербановскій), Christophorus (Христофоръ Исидоровичъ).** Хозяйственно-ботаническій очеркъ окрестностей Горыгорецкой Земледѣльческой Школы; in: Журн. Мин. Гос. Им. XXVII. 1848. 4. p. 43—54 (v. in b. Hort. Petr.). — *Sat magna copia plantarum circa Gorki gubernii Mohilew sua sponte nascentium commemoratur.*

1492. — De Graminibus unifloris et sesquifloris dissertatio botanica, sistens theoriae constructionis floris graminei epicrisin, terminologiae novae rationes, de methodo disquisitiones, adjecta generum et specierum e tribu Uni- et Sesquiflororum plurium synopsi. Petrop. 1824. 8. 314 p. 5 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Graminum uni- et sesquiflororum genera et species illo tempore cognitae omnes (species rossicae 55) describuntur, additis earum synonymis et patria.*

1493. — De Gramineis paniceis. Dissertatio botanica altera. Petrop. 1826. 8. 289 p. (v. in b. Hort. Petr.). — *Panicearum genera et species (rossicae 14), quae Trinio innotuerunt, describuntur et eqrum synonyma ac patria adjiciuntur.*

1494. — Species Graminum iconibus et descriptionibus illustravit. Petrop. 4. Vol. I. 1828. 125 fol. non sign. 120 tab. non sign.; Vol. II. 1829. 123 fol. non sign., 120 tab. non sign.; Vol. III. 1836. 122 fol. non sign., 120 tab. non sign. (v. in b. Hort. Petr.). — *Ni fallor, species 335 exoticae et rossicae descriptionibus et iconibus illustrantur. Patria plantarum non indicatur, loca tamen natalia speciminum delineatorum notantur.*

1495. — Graminum genera quaedam speciesque complures; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. math. I. 1831. p. 54—93, 353—416 (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum: Petrop. 1834 (non v.). — *In commentatione priore genera Aira, Trisetum, Danthonia, Stipa, Aristida, Pappophorum et Lepideilema, species rossicae autem 22, — in posteriore genera Uniola, Briza, Glyceria, Melica, Poa, Colpodium et Eragrostis, species rossicae autem 38 describuntur.*

1496. — Andropoginearum genera speciesque complures.; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. math. II. 1833. p. 239—337 (v. in b. Hort. Petr.). Separatim editum: Petrop. 1834. (non v.). — *Ad tribum hanc tantum species rossicae 6 (quarum nova 1: Andropogon caucasicus Trin.) pertinent. Genera et species Andropoginearum omnes describuntur, adjectis earum synonymis et patria.*

1497. — Genera plantarum ad familias suas redacta. Petrop. 1835. 4. 399 p. (v. in b. Hort. Petr.). — *Ordine alphabetico primum familiae, deinde separatim genera plantarum enumerantur, minime autem notatur, quae genera ad quas familias pertineant. Autor operis in titulo haud indicatus est.*

1498. — Panicearam genera retractavit speciebusque compluribus illustravit; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. nat. T. I. 1835. p. 89—355. 1 tab. (b. Tr.). — *Inter species exoticas numerosas rossicae 15 afferuntur, quarum synonyma, patria et descriptiones adduntur.*

1499. — Graminum in Actis academicis a se editorum generibus ac speciebus supplementa addit: in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. natur. T. II. fasc. 1. 1836. 107 p. (b. Tr.). In epitomen redactum redit in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. I. 1836. p. 65—71 (b. Tr.). — *In commentatione principali species rossicae 27 (quarum novae 9) inter alias exoticas occurrunt. In epitome praeterea conspectus XI tribuum Graminearum a Trinio constitutarum subnectitur.*

1500. — Nouvelles considérations sur la construction de la fleur des Graminées; in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. I. 1836. p. 17—20 (b. Tr.). — *Autor docet Graminearum florem ex internodiis tribus ter sumtis et aliis super alia positis conflatum esse, scilicet ex glumae valvis (1) inferiore (2) superioreque et (3) glumellae valvula inferiore, — dein ex (1) glumellae valvula superiore, (2) lodicula (bipartita) et (3) squama lodiculae*

posteriore, — denique ex staminibus (1) inferiore (2) superioreque (utroque tripartito, superiore autem plerumque obliterato) et (3) pericarpio internodia ulteriora (perispermium et embryonem) fovente.

1501. — Phalaridea; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. nat. III. 1840. botan. p. 47—90 (v. in b. Hort. Petr.). Separatim editum: Petr. 1839 (non v.). — *Phalarideorum species 59 (rossicae 10) exponuntur, adjectis earum synonymis et patria.*

1502. — Genera Graminum exposuit. IV. Oryzea; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. nat. III. 1840. p. 167—188 (b. Tr.). Seorsum prodiit: Petrop. 1839 (non v.). — *Oryzeorum species exoticae numerosae, rossicae 2 (Leersia oryzoides Sw. et Hydropyrum esculentum Lk.), describuntur, additis earum synonymis et patria.*

1503. — Genera Graminum. V. Agrostidea. 1. Callus nullus vel depressissimus, obsoletus; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. nat. t. IV. part. 1. 1845. Vilfea. p. 23—134 (b. Tr.). Separatim prodiit: Petrop. 1840 (non v.). — *Inter species alias rossicae 20 exponuntur.*

1504. — Gramina Agrostidea. II. callus rotundus (Agrostea); in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. natur. IV. 1845. p. 247—390 (b. Tr.). Seorsum apparuit: Petrop. 1841 (non v.). — *E magna specierum descriptarum copia tantum 12 in Rossia indigenae sunt.*

1505. — et **Josephus (Осипъ) Liboschitz (Либошицъ).** Description des mousses qui croissent aux environs de St. Pétersbourg et de Moscou. St. Pétersb. 1811. 12. 16 fol. (v. in b. Hort. Petr.). — *Muscorum species 15 describuntur, quarum specimina siccata una cum descriptionibus edita esse videntur.*

1506. — et **Franciscus Josephus (Францъ Ивановичъ) Ruprecht (Рупрехтъ).** Gramina Agrostidea. III. Callus obconicus

(Stipacea); in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI ser. Sc. nat. V. 1849. p. 1—189 (b. Tr.). Seorsum impressum: Petrop. 1842 (non v.). — *Species rossicae 19 una cum extraneis numerosis describuntur.*

1507. **Trozki (Троцкій), Petrus Kornuch- (Петръ Яковлевичъ Корнухъ-).** Разсужденіе о семействѣ крестовидныхъ растеній Г. Декандоля. Переводъ съ Французскаго. Москва. 1826. 8. X, 165 p. 2 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Sistit versionem operis De Candollei: Mémoire sur la famille des Crucifères. Paris 1821.*

1508. — О семействѣ Маковыхъ растеній (Papaveraceae); in: Нов. Магаз. Естеств. Истор. (non v.).

1509. — Замѣчанія о паленикѣ (Rubus arcticus L.). Impressum s. i. l. a. et ipsius autoris. 8. 8 p. (b. Tr.). — *Autor Rubum arcticum L. describit et de ejus distributione per Europam, Asiam et Americam, cultura, synonymis et nominibus vernaculis variis tractat.*

1509*. **Tschaplin (Чаплинъ), Justinus (Устинъ Адамовичъ).** О бакинскихъ трюфелахъ; in: Зап. Кавк. Общ. Сельск. Хоз. 1861. sect. II. p. 17 seq. (non v.).

Tscherniajew (Черняевъ), Eugenius (Евгеній Васильевичъ). Conf. E. Czerniajew sub n. 274.

Tscherniajew (Черняевъ), L. (L. B.). Conf. L. Czerniajew sub n. 275.

Tscherniajew (Черняевъ), Basilius (Василій Матвѣевичъ). Conf. B. Czerniajew sub n. 276.

1509**. **Tscherniawski (Черняевскій), V. (Вл.).** Періодическія явленія въ жизни растеній въ Сухумѣ. Тифлисъ. 1879. 8 (non v.).

1510. **Tschistiakow (Чистяковъ), Johannes (Иванъ Дорофѣевичъ).** Исторія развитія спорангіевъ и споръ высшихъ тайнобрачныхъ; in: Изв. Имп. Моск. Общ. Любит. Естеств., Антроп. и Этногр. Москва. IX. вып. 2. 1871. 4. XVI, 98 p. 4 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Sporangiorum et sporarum evolutio in Polypodiaceis et Marattiaceis exponitur et iconibus dilucidatur.*

1511. — Органогенезисъ въ сем. Papaveraceae Hook.; in: Труд. второго съѣзда Естеств. по отд. Ботан. p. 61—130. 3 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Observationes in evolutionem floris Papaveracearum autor affert et iconibus illustrat simulque familiae typum et variationes temporarias (потенціалъ), quas flos in hac familia subire possit, eruere conatur. Autor convictus est, floris anomalias temporarias charactere familiae typico determinari et ex ejus limitibus nunquam excedere.*

1512. — Observations sur le développement et la germination du pollen des Conifères; in: Atti del congr. intern. bot. ten. in Firenze nel m. di Maggio 1874. p. 51—57 (v. in b. Maxim.). — *Evolutionem ulteriorem granorum pollinis in Coniferis triplici modo effici et haec grana microsporis Isoetis generis analoga esse autor docet.*

Tscholowski (Чоловскій), K. (К.). Conf. C. A. R. Pabo sub n. 1045.

1513. **Turczaninow (Турчаниновъ), Nicolaus (Николай Степановичъ).** Списокъ растеній, находящихся въ окрестностяхъ С.-Петербурга; in: Щегл. Указ. откр. по Физ., Химіи и т. д. т. II. часть 2. p. 517—531, 679—698, 862—876 (v.). — *In hoc indice plantarum Petropolitanarum Phaenogamae 623 et Filicoideae 23 notantur.*

1514. — Decades tres plantarum novarum Chinae boreali et Mongoliae chinensi incolarum; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. V. 1832. p. 180—206 (b. Tr.). — *Tractatus hic floram rossicam directe haud tangit.*

1515. — Списокъ явнобрачныхъ растеній и папоротниковъ Байкальской Флоры; in: Щегл. Указ. открыт. по Физ., Хим. и т. д. VIII. часть 1. № 3. p. 394—415 (v.).

1516. — Catalogus plantarum in regionibus baicalensibus et in Dahuria sponte crescentium; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1838. I. p. 84—107 (b. Tr.). — *Nomina specierum 1368 (Phaenogamarum 1337, Filicoidearum 31) traduntur.*

1517. — Decades quatuor plantarum hucusque non descriptarum Sibiriae maxime orientalis et regionum confinium incolarum; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1840. I. p. 60—80 (b. Tr.). — *Species 40 novae exponuntur, additis earum locis natalibus, stationibus et duratione.*

1518. — Description de deux nouveaux genres de la famille des Gentianées; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1840. II. p. 164—168 (b. Tr.). — *Genera Sczukinia Turcz. (Scz. diluta Turcz.) et Stellera Turcz. (St. cyanea Turcz.) proponuntur, additis specierum synonymis, habitationibus et stationibus.*

1519. — Observations sur quelques genres et espèces de la famille des Borraginées; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1840. II. p. 241—259 (b. Tr.). — *De genere Steenhammera Reichenb. tractatur et ejus species 11 (rossicae 8) describuntur, nova genera Stenosolenium Turcz. (St. saxatile Turcz.) et Strophiostoma Turcz. (Str. sparsiflorum et Str. propinquum Turcz.) constituuntur, denique Myosotis radicans Turcz. a Myos. pedunculari Trevir. discernitur.*

1520. — Gomphopetalum, nouveau genre des Ombelliferes de la Sibérie orientale; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1841. III. p. 537—540 (b. Tr.). — *Genus Gomphopetalum et ejus species 2 describuntur, adjectis earum habitationibus, stationibus et florendi tempore.*

1521. — Flora baicalensi-dahurica seu descriptio plantarum in regionibus cis- et transbaicalensibus atque in Dahuria sponte nascentium;

in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1842. I. p. 1—105, II. p. 223—313, III. p. 566—638, IV. p. 711—796; 1843. IV. p. 585—644; 1844. II. p. 221—275, IV. p. 707—754; 1845. II. p. 295—326; 1846. III. p. 135—210; 1847. III. p. 3—65; 1848. III. p. 86—124, IV. p. 470—510; 1849. IV. p. 283—358; 1850. II. p. 495—529; 1851. IV. p. 297—408; 1852. IV. p. 392—471; 1854. II. p. 353—422, III. p. 53—130; 1855. II. p. 291—353; 1856. I. p. 1—87; 1857. I. Append. p. I—LXI (b. Tr.). — Seorsum impressum: Mosq. 8. Vol. I. 1842—1845. 544 p.; Vol. II. fasc. 1. 1856. 436 p., fasc. 2. 1856. 374 p. (b. Tr.). — *Species 1454 recensentur et quidem Dicotyledoneae 1130 (Thalamiflorae 285, Calyciflorae 514, Corolliflorae 184, Monochlamydeae 147), Monocotyledoneae 287 et Filicoideae 37. Familiarum et generum characteres atque specierum diagnoses vel etiam descriptiones suppeditantur, denique specierum synonyma, loca natalia, stationes, duratio et florendi tempus subnectuntur.*

1522. — Synanthereae quaedam hucusque indescriptae; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1851. I. p. 166—214, III. p. 59—95 (b. Tr.). — *Species 137 describuntur, omnes exoticae excepta Arnica intermedia Turcz. inter Jakutsk et Ochotsk detecta.*

1523. — Animadversiones in primam partem herbarii Turczaninowiani, nunc Universitatis Caesareae Charkoviensis; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1854. IV. p. 271—372 (b. Tr.). Seorsum impressum: Chark. 1855 (v.). Continuationes prodierunt sub inscriptione: Animadversiones in secundam partem cetq.; l. c. 1858. I. p. 185—250, II. p. 379—476, 1859. I. p. 258—277 (b. Tr.). — *Insunt imprimis disquisitiones in plantas exoticas, verum etiam observationes quaedam in plantas rossicas jam antea notas et descriptiones stirpium rossicarum novarum a Turczaninow vel Czerniajew propositarum.*

1524. — Catalogus plantarum herbarii Universitatis Caesareae Charkoviensis. Pars I. Charkov. 1855 (non v.). Appendix. I. Charkov.

1857 (non v.) et: Animadversiones ad catalogum primum et secundum herbarii Universitatis Charkoviensis; l. c. 1863. II. p. 545—615 (b. Tr.).

1525. — Монографическое описаніе Стародубковыхъ или Горечавковыхъ растеній (Gentianeae); in: Вѣстн. Естеств. Наукъ. 1860. № 34 et 35. — *Hujus monographiae Gentianearum imperii rossici tantum partem primam vidi, quae familiae characterem, divisionem ulteriorem, affinitates cetq. exponit et genus Erythraeam Bernh. ejusque species rossicas 5 describit.*

U.

1526. **Ungern-Sternberg, liber baro Franciscus ab.** Versuch einer Systematik der Salicornien. Dorpat. 1866. 8. XIV, 114 p. (v. in b. Maxim.). — *Salicorniearum species 26 (rossicae 8) in genera 7 (nova 2: Spirostachyn U.-St., Halopeplidem Bge.) digestae describuntur, adjectis earum synonymis et patria, nec non stirpibus 5 autori ignotis.*

1527. — Salicorniearum synopsis; in: Atti del congr. intern. bot. ten. in Firenze nel m. di Maggio 1874. p. 259—343 (v. in b. Maxim.). — *Salicorniearum genera 8 (novum 1: Microcnemum U. St.) et species 26 (rossicae 7) mutatis mutandis fusius retractantur et figuris xylographicis illustrantur. Nomen generis Spirostachyos in Heterostachyn U. St. mutatur.*

1528. **Urzędow (Unzendorf, Zeodora), Martinus (Marcin).** Herbarz polski. W Krakowie. 1595. fol. (v.).

1529. **Uspenski (Успенскій), Tycho (Тихонъ Ософилактовичъ).** Descriptio urbis Ekatherinburgensis ejusque districtus medico-topographica; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. VII. 1834. p. 331—

386 (b. Tr.). — *In p. 367—383 index stirpium Jekaterinburgensium exstat, qui species 443 (Phaenogamas 407, Filicoideas 8, Muscos 8, Algas 2, Fungos 18) amplectitur. Nominibus latinis systematicis nomina vernacula rossica adduntur.*

Utter, J. J. Conf. C. R. Sahlberg sub n. 1228.

V.

1530. **Veesenmeyer, Gustavus.** Ueber die Vegetationsverhältnisse an der mittlern Wolga. Mit einem Verzeichniss der in den Gouvernements Ssimbirsk und Ssamara in den Jahren 1847—1851 beobachteten phanerogamen Pflanzen; in: Beitr. zur Pflanzenk. des Russ. Reichs. IX. 1854. p. 41—116-h (b. Tr.). Separatim impressum: Petersb. 1854 (non v.). — *De vegetatione tractus fl. Volgae mediae adjacentis generatim loquitur et index plantarum phaenogamarum 678 ab auctore in guberniis Ssimbirsk et Ssamara lectarum suppeditatur. Specierum loca natalia et florendi tempora indicantur.*

1531. **Vietinghof cognomine Scheel, Christophus Burchardus a et Georgius Franciscus Hoffmann.** Hortus siccus caucasicus seu plantae rariores in regionibus caucasicis sponte nascentes inque earum locis natalibus collectae. Fasc. I. Mosq. 1812 (non v.).

1532. **Visiani, Robertus de.** Della Cheilanthes Szovitsii F. et Mey. illustratione; in: Atti dell'Instituto stesso. Ser. III. vol. XII (non v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. (Venez. 1867) 8. 11 p. 2 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Autor plantam hanc genus novum, Oesporangium Vis., sistere autumat, cujus descriptionem fusiorem et iconem affert.*

1533. **Vocke, A.** De flora vernali circa Nieborow Poloniae pauca affert in: Oesterr. Bot. Zeitschr. 1857. p. 139 (v. in b. Hort. Petr.).

W.

Waga, Antonius. Conf. J. Waga sub n. 1534.

1534. **Waga, Jacobus.** Flora polska jawnokwiatowych. Flora polonica phanerogama seu descriptiones plantarum phanerogamarum in regno Poloniae tam sponte nascentium quam continuata cultura solo nostro assuefactarum. Cracov. 8. t. I. 1847. XIII, 766 p. index.; t. II. 1848. 4 p. non sign., 629 p. Indices (b. Tr.). Accedit Index generalis auctore Antonio Waga (non v.). — *Species phaenogamae (addito Diantho arenario L.) 1062 recensentur, subnexis earum diagnosibus et descriptionibus, nominibus polonicis, synonymis, habitationibus, stationibus, florendi tempore, duratione, usu nec non observationibus variis.*

1535. — Historja roslin. Warscz. 1871—1872. vol. I—III (non v.).

1536. **Wagner (Вагнеръ), Nicolaus (Николай Петровичъ).** De quinque floris peculiaribus in tractu inter fl. Wolga et montes uralenses sito discernendis earumque aetate relativa diversa loquitur in: Проток. 5 засѣд. Общ. Естеств. при Имп. Казанскомъ Унив. 24 Сент. 1869 г. p. 35—40 (v. in b. Hort. Petr.).

1537. **Wahlenberg, Georgius (Göran).** Geographisk och Ekonomisk Beskrifning om Kemi Lappmark. Stockh. 1804 (non v.).

1538. — Kamtschadalische Laub- und Lebermoose; in: Magaz. der Gesellsch. naturf. Freunde zu Berlin. Jahrg. V. Heft 3. Berl. 1811. p. 289—297. tab. VII. fig. 2—3 (v. in b. Hort. Petr.). — *De Muscis 40 a Tilesio lectis tractatur et species kamtschaticae novae 2: Encalypta corniculata Wahlenb. et Marchantia saccata Wahlenb. describuntur et icone illustrantur.*

1539. — Flora lapponica, exhibens plantas geographice et botanice consideratas, in Lapponiis suecicis, scilicet Umensi, Pitensi, Lulensi, Tornensi et Kemensi, nec non Lapponiis norvegicis, scilicet Nordlandia et Finmarkia utraque, indigenas, et itineribus annorum 1800, 1802, 1807 et 1810 denuo investigatas. Berol. 1812. 8. LXVI, 550 p. 1 mappa geogr. 30 tab. (b. Tr.). — *In opere hoc etiam vegetationem Lapponiae fennicae spectante species 1087 (Phaenogamae 496, Cryptogamae 591) in Lapponia tota observatae describuntur.*

1540. — Flora suecica enumerans plantas Sueciae indigenas. Upsal. II Partes. 1824—1826 (non v.). Editio altera: Upsal. 8. t. I. 1831. p. 1—445. t. II. 1833. p. I—XCVII, 447—1133 (b. Tr.). — *Liber hic etiam Lapponiam Fennicam (Tornensem et Kemensem) tangit. Species 2336 (Phaenogamae 1170, Cryptogamae 1166) exponuntur, adjectis earum descriptionibus, synonymis, locis natalibus, stationibus nec non animadversionibus numerosis.*

1541. **Wainio, Edvinus.** Lichenes in viciniis Viburgi observati. Tietoja Viipurin seudum jäkälä-kasvistosta; in: Meddel. af Soc. pro fauna et flora fenn. II. 1878. p. 35—72 (b. Tr.). — *Lichenum species 231 lustrantur, appensis earum habitationibus et stationibus nec non specierum et varietatum novarum descriptionibus. In introductione autor sermone fennico usus est.*

1542. — Florula Tavastiae orientalis. Havaiunoita Itä-Hämeen kasvistosta; in: Meddel. af Soc. pro fauna et flora fenn. Haeft. III. 1878. p. 1—121 (b. Tr.). — *Species 1188 (Phaenogamae 449, Filicoideae 26, Musci 241, Lichenes 472) notantur et earum loca natalia et stationes adduntur. Tractatus fennice conscriptus.*

1543. — Kasvistonsuhteista Pohjais-Suomen ja Venäjän-Karjalan rajaseuduilla. I.; in: Meddel. af Soc. pro fauna et flora fenn. Fjerde haeft. 1878. p. 1—160 (b. Tr.). — *Commentatio procul dubio de plantis Fenniae tractat, quarum nominibus plena est; cum autem fennice conscripta sit, ejus argumentum accuratius indicare nequeo.*

Walden, B. De-. Conf. B. De-Walden sub n. 291.

Waldheim, A. Fischer a. Conf. A. Fischer a Waldheim sub n. 363.

1544. **Walichanow (Валихановъ).** Naturverhältnisse der Kleinen Bucharei; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. XIII. 1863. p. 42—47 (v. in b. Hort. Petr.). Primitus prodiit rossice in: Зап. Имп. Русск. Геогр. Общ. 1861. кн. 3 (non v.). — *Insunt animadversiones quaedam in plagae indicatae vegetationem.*

Wallenius, C. G. Conf. P. A. Gadd sub n. 420.

1545. **Wallenius, J. Fr.** Dissertatio academica, qua nova Ammeos species proponitur. Respond. A. Hoeckert. Abo 1810 (non v.). — *A De Candolleo species haec ad Ammi majus refertur.*

1546. **Walz (Вальцъ), Jacobus (Яковъ Яковлевичъ).** Наблюденія надъ половыми органами мѣстныхъ водорослей рода Vaucheria; in: Кіевск. Унив. Изв. 1862. Іюль. p. 81—87; Августъ. p. 250—251. 1 tab. (b. Tr.). — *De organis sexualibus Vaucheriarum in vicinia oppidi Kiew vigentium disseritur.*

1547. — Наблюденія, касающіяся исторіи развитія Папоротниковъ; in: Кіевск. Унив. Извѣст. 1862. № 8. p. 174—186. 1 tab. (b. Tr.). — *Observationes quaedam in Filicum propagationem et evolutionem afferuntur.*

1548. — Объ оплодотвореніи въ закрытыхъ цвѣтахъ Lamium amplexicaule L. и Oryza clandestina A. Br.; in: Кіевск. Унив. Извѣст. 1864. № 11. p. 38—40 (non v.). Germanice publicatum in: Mohl u. Schlechtend. Bot. Zeitg. 1864. p. 145—146 (b. Tr.). — *Ex observationibus Walzii in Lamii amplexicaulis floribus clausis etiam antherae maxima ex parte semper clausae permanent et pollinis tubi parietes antherarum perforant, simul autem antherae nonnullae in illis floribus solito modo se aperiunt et pollen emittunt. Fecundationem in Oryza clandestina eodem modo perfici autor putat.*

1549. — Морфологія и систематика рода Vaucheria Dec. (Ectosperma Vauch.); in: Кіевск. Унив. Извѣст. 1865. Октябрь. Отд. I. p. 1—18; Ноябрь. Отд. II. p. 1—22. 2 tab. (b. Tr.). Seorsum impressum: Кіевъ. 1865. 8. 40 p. 2 tab. (b. Tr.). Germanice prodiit in: Pringsh. Jahrb. für. wiss. Botan. V. Heft 2. p. 127—158 (v.); separatim editum s. i. l. et a. 8. 34 p. 3 tab. (b. Tr.). — *Vaucheriae species 11 rossicae et exoticae bene distinctae et dubiae 4 describuntur.*

1550. — Замѣтка о развитіи зооспоръ у Водорослей; in: Труды перв. съѣзда Естеств. въ С.-Петерб., происход. съ 28 Дек. 1867 по 4 Янв. 1868 г. Отд. Ботан. p. 34—41 (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. 4. 7 p. (b. Tr.). — *De zoosporarum vel oosporarum Algarum evolutione ex momentis externis pendente tractatur.*

1551. — О развитіи зигоспоръ у Closterium lunula Ehr.; in: Труды перв. съѣзда Естеств. въ С.-Петерб., происход. съ 20 Дек. 1867 по 4 Янв. 1868 г. Отд. Ботан. p. 41—44. 1 tab. (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 4. 4 p. 1 tab. (b. Tr.). — *Observationes in evolutionem zygosporarum Closterii lunulae Ehr. afferuntur et iconibus illustrantur.*

1552. — О Сапролегніяхъ; in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. I. 1. 1870. p. 27—43 (b. Tr.). Seorsum apparuit s. i. l. et a. 8. 17 p. (p. 27—43). 1 tab. (b. Tr.). Germanice redit in: Mohl u. De Bary Bot. Zeitg. 1870. p. 537—546, 553—555 (b. Tr.). — *Nova species, Saprolegnia De Baryi Walz., prope Kiew observata, describitur et observationes in Pythium proliferum Schenk., Pyth. globosum Schenk. et Saprolegniam dioicam Pringsh. adduntur.*

1553. — О зооспорахъ рода Chamaesiphon A. Br. et Grun.; in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. I. 2. 1870. p. 275—281. 1 tab. (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 7 p. (p. 275—281) 1 tab. (b. Tr.). — *De genere Chamaesiphone A. Br. et Grun.*

nec non de Ch. confervicola R. Br. et Ch. gracili Rabenh. Kioviae ab autore observatis et de zoosporarum in his speciebus evolutione disseritur.

1554. — О водорослях рода Scenodesmus Meyen; in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. I. 3. 1870. p. 319—326 (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. 8. 9 p. (b. Tr.). — *Auctor de Algarum genere Scenodesmo Meyen et de ejus speciebus: Sc. obtuso Meyen, Sc. acuto Meyen et Sc. quadricauda Turp. loquitur, quas Kioviae observavit.*

1555. — Ueber die Entleerung der Zoosporangien; in: Mohl et de Bary Bot. Zeitg. 1870. p. 689—691, 703—707 (b. Tr.). Rossice prodiit in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. I. 1. 1870 p. 137—145 (b. Tr.); et seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 9 p. (p. 137—145 (b. Tr.). — *In Algis et Fungis zoosporangiorum parietes demum obliterari vel poro aperiri vel denique irregulariter rumpi et zoosporas plerumque aqua vel a zoosporangiorum parietibus vel ab ipsis zoosporis imbibita e zoosporangiis expelli autor docet.*

1556. — О новомъ видѣ Vaucheria Dec.; in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. II. 1. 1871. p. 93—96 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 4 p. (p. 93—96) (b. Tr.). — *Vaucheriae species nova, V. folliculata Walz., prope Kiew detecta, describitur.*

1557. — et **L. (Л.) Rischawi (Ришави)**. Списокъ коллекціи миксомицетовъ и грибовъ, собранныхъ А. С. Роговичемъ, Я. Я. Вальцемъ и Л. Ришави; in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. II. 2. 1871. p. 187—195 (b. Tr.) Separatim editum s. i. l. et a. 8. 9 p. (b. Tr.). — *Fungorum species 55 in guberniis Kiew, Poltawa et Chersson repertae enumerantur, additis earum synonymis, habitationibus et stationibus.*

1558. **Wangenheim a Qualen, Fridericus.** Ueber Acclimatisirung des Maulbeerbaums und der Buche; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. XI. 1859. p. 40—49, 54; XII. 1862. p. 114—115

(v. in b. Hort. Petr.). — *Morum albam L. et Fagum sylvaticam L. Rigae sub diu coli posse autor probat, addens, specimina nonnulla Fagi sylvaticae in oppidis Riga et Wolmar nec non Mori albae L. in insula Osilia laete vigere.*

1559. **Wassiljew (Васильевъ), J. (Я. Я.).** О распространеніи главнѣйшихъ древесныхъ породъ Черноморскаго Округа въ вертикальномъ и горизонтальномъ направленіяхъ; in: Извѣст. Кавк. Общ. Любит. Естеств. и Альпійск. Клуба. I. 1879. p. 1—6 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 6 p. (b. Tr.). — *Distributio geographica arborum et fruticum principalium per partem litoream Caucasiae, mari nigro adjacentem, exponitur et tractus hic in districtus duos, Quercus et Fagi, dividitur, quorum prior ab oppido Anapa usque ad fl. Asche et Psesuape protenditur, posterior autem a fl. Asche et Psesuape usque ad fines ditionis Ssuchumensis.*

Weber, Franciscus Rduardus. Conf. F. J. Wiedemann sub n. 1599.

1560. **Wegelius, Henricus.** Berättelse om en jordbäfning i Kemi Lappmark; natten emot nyårsdagen innevarande år, jämte utdrag af meteorologiska observationer hållna år 1758 i Utsjoki; in: K. Sv. Vet. Acad. handl. 1759. p. 229 seq. (non v.). — *Inter alia de plantarum in Lapponia Kemensi florendi tempore disseritur.*

1561. **Weinberg, Julius.** O grzybach jadowitych i jadalmych krajowych. Warscz. 1852 (non v.).

1562. **Weinmann (Вейнманъ), Johannes Antonius (Иванъ Андреевичъ).** Der botanische Garten der Kaiserlichen Universität zu Dorpat im Jahre 1810. Dorpat. s. i. a. 8. XVII. 168 p. et corrig. 2 p. (b. Tr.). — *In hoc opere inter vegetabilia culta etiam Phaenogamae et Filicoideae 491 ab autore prope Dorpat observatae enumerantur et species nova livonica 1 (Centaurea livonica Weinm.) nec non species novae rossicae 3 (Alopecurus ruthe-*

nicus Weinm., Cheiranthus muricatus Weinm. et Erysimum Redowskii Weinm.) describuntur.

1563. — Descriptiones aliquot plantarum novarum vel minus cognitarum, quae praeterlapsa aetate in Horto Caesareo Pawlowskiensi floruerunt; in: Regensb. Bot. Zeitg. IV. 1. 1821. p. 27—31 (v. in b. Hort. Petr.). — *Inter species novas exoticas 6 etiam Rumex salicifolius Weinm. e California acceptus describitur.*

1564. — Cryptogamas varias nec non Trollium asiaticum L., Juncum lamprocarpum Ehrh., Caricem microstachyam Ehrh., Pyrolam roseam Sw., Salicem Weinmannianam Spr. prope Pawlowsk gubernii Petropolitani sua sponte crescere autor notat in: Regensb. Bot. Zeitg. 1822. 1. p. 227 (v. in b. Hort. Petr.).

1565. — Alopecurum nigricantem Hornem. (Al. ruthenicum Weinm.) bonam speciem esse, Valerianam pubescentem Germ. autem Fediam uncinatam M. Bieb. sistere autor docet; praeterea Polygonum viviparum, Caricem loliaceam Schk., C. tenellam Schk. prope Pawlowsk, Salsolam Sodam L. prope Oranienbaum, aliis autem in locis gubernii Petropolitani Eriophorum alpinum L., Caricem chordorrhizam L., C. filiformem L., C. limosam L., Scheuchzeriam palustrem L. sua sponte nasci Weinmann addit in: Regensb. Bot. Zeitg. 1822. I. p. 298—301 (v. in b. Hort. Petr.).

1566. — Salsolam Kali L., Trollium europaeum L. (minime autem Trollium asiaticum L.) et Fungos quosdam prope Pawlowsk, — Utriculariam intermediam Hayne, Utr. minorem L., Juncum verticillatum Pers., Nymphaeae albae varietatem minorem et Sparganium natans prope Systerbeck, — Festucam borealem Mert. et Koch autem in fl. Ishora observatos esse Weinmann monet in: Regensb. Bot. Zeitg. 1824. I. p. 9—14 (v. in b. Hort. Petr.).

1567. — Elenchus plantarum Horti Imperialis Pawlowskiensis et agri Petropolitani. Petrop. 1824. 8. 4 p. non sign., 472 p. sign., XXVII p. indic. 1 p. corrig. (v. in b. Hort. Petr.). — *Species circa Petropolin sua sponte crescentes 660 (Phaenogamae 633, Characeae 3, Filicoideae 24) in opere hoc literis cursivis a speciebus cultis distinguuntur. Stirpium Petropolitanarum rariorum loca natalia, omnium autem stationes et duratio notantur.*

1568. — Oscillatoriam florem aquae Ag. prope Pawlowsk, nec non Charam asperam Wallr. et Ch. pulchellam Wallr. prope Gatschina, Weinmann se invenisse enuntiat in: Regensb. Bot. Zeitg. 1825. 1. p. 54 (v. in b. Hort. Petr.).

1569. — Agaricum mammosum Fries, Ag. amoenum Weinm., Pezizam Riederi Weinm., Sphaeriam incarnatam Fries, Sph. caudatam Fries, Sclerotium cymbiforme Fries, Scl. pilulare Fries et Scl. incoloratum Fries prope Pawlowsk repertos esse autor indicat in: Regensb. Bot. Zeitg. 1825. 1. p. 172—173 (v. in b. Hort. Petr.).

1570. — Observationes quaedam mycologicae ad floram Petropolitanam spectantes; in: Regensb. Bot. Zeitg. XV. II. 1832. p. 449—460 (v. in b. Hort. Petr.). — *Fungorum species Petropolitanae novae 25 fuse describuntur.*

1571. — Enumeratio Gasteromycetum genuinorum hucusque in imperio rutheno observatorum; in: Schlechtend. Linnaea. IX. 1835. p. 403—416 (v. in b. Hort. Petr.). — *Species 220 enumerantur, neglectis earum habitationibus et stationibus. Species novae 14 paucis describuntur.*

1572. — Descriptiones nonnullarum plantarum vel novarum vel minus cognitarum, quas in Ingria observavit; in: Schlechtend. Linnaea X. 1836. p. 51—58 (v. in b. Hort. Petr.). — *Stellaria brevifolia Schum. et Agarici generis species 13 (novae 7) describuntur.*

1573. — Species Violae L. in Ingria observatas describit; in: Schlechtend. Linnaea. X. 1836. p. 65—68 (v. in b. Hort. Petr.). — *Species 8 (nova 1: V. borealis Weinm.) paucis exponuntur, additis earum synonymis, habitationibus, stationibus et florendi tempore.*

1574. — Ueber das merkwürdige Vorkommen und Verschwinden einiger Pflanzenarten in der Umgegend von Pawlowsk und Gatschina; in: Schlechtend. Linnaea X. 1836. p. 221—224 (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantas nonnullas autor indicat, quae circa Pawlowsk et Gatschina gubernii Petropolitani in locis jam non exstant, in quibus antea inveniebantur, e. gr. Juncus lamprocarpus Ehrh., Turritis glabra L., Chenopodium hybridum L., Triticum pinnatum Mönch., Potentilla verna L., Elatine Hydropiper L., Cynosurus cristatus L., — vel quae vice versa in locis quibusdam apparuere, in quibus antea non aderant, e. gr. Scirpus acicularis L., Sagittaria sagittifolia L., Polygonum amphibium L., Carex microstachya Ehrh.*

1575. — Einige Bemerkungen über Chaetomium elatum Kunze; in: Schlechtend. Linnaea. X. 1836. p. 440—441 .(v. in b. Hort. Petr.). — *Chaetomii elati Kunze forma paullum desciscens prope Pawlowsk observata describitur.*

1576. — Hymeno- et Gastero- Mycetes hucusque in Imperio Rossico observatas recensuit. Petrop. 1836. 8. 6 pag. haud sign., XXXVIII, 676 p. (b. Tr.). — *Species (inclusa Peziza elaeochrysa Fries.) 1128 una cum earum generibus describuntur, additis synonymis, locis natalibus, stationibus et tempore, quo quaeque earum lecta est.*

1577. — Observationes quaedam botanicae ad floram rossicam spectantes; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1837. VII. p. 51—74 (b. Tr.). — *Species 153 in gubernio Tambow collectae lustrantur et earum habitationes adjiciuntur, aeque ac animadversiones variae et specierum novarum 8 descriptiones.*

1578. — Enumeratio stirpium in agro Petropolitano sponte crescentium. Petrop. 1837. 8. IV, 320 p. (b. Tr.). — *Species 2427 (Phaenogamae 665, Filicoideae 27, Musci 196, Lichenes 114, Algae 52, Fungi 1373) enumerantur, additis earum habitationibus, stationibus, florendi tempore et duratione.*

1579. — Syllabus Muscorum frondosorum in Imperio Rossico collectorum; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1845. II. p. 429—489, IV. p. 417—503; 1846. II. p. 517—538 (b. Tr.). Seorsum impressum (non v.). — *Species 252 percensentur et earum diagnoses, synonyma, habitationes et stationes afferuntur.*

1580. — Nomina et descriptiones nonnullarum plantarum in gubernio Permensi collectarum; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1850. II. p. 538—588 (b. Tr.). — *Species 323 (Phaenogamae 303, Filicoideae 10, Musci 10) commemorantur, annexis specierum phaenogamarum novarum descriptionibus.*

1581. **Weisse, Johannes Fridericus.** Verzeichnisse von in St. Petersburg beobachteten Infusorienarten, nebst Bemerkungen über dieselben; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. III. 1845. p. 19—26, 333—345; V. 1847. p. 39—47; VI. 1848. p. 106—112. 1 tab., p. 353—364. 1 tab.; VIII. 1850. p. 297—301; IX. 1851. p. 77—80 (v. in b. Tr. et in b. Hort. Petr.). — *Indices quoque genera amplectuntur, quae ab autoribus variis Algis adnumerantur. Ad calcem Indicis V invenitur: Uebersichtliche Zusammenstellung aller von mir bis jetzt in St. Petersburg aufgefundenen Infusorien; catalogus hic nil nisi nomina affert.*

1582. — Nachricht über einen Staubfall, welcher sich im Jahre 1834 im Gouvernement Irkutsk ereignet hat; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IX. 1851. p. 313—318 (b. Tr.). — *Autor in pulvere supra commemorato etiam Bacillarias invenit.*

1583. — Ueber den Lebenslauf der Euglena; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XII. 1854. p. 169—174 (b. Tr.). — *Ex observationibus suis in Euglenam viridem, Petropoli institutis, autor concludit, Euglenam animalibus esse adnumerandam.*

1584. — Die Diatomaceen des Badeschlammes von Arensburg und Hapsal, wie auch des sogenannten Mineralschlammes der Soolen-

Badeanstalt in Staraja-Russa; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. I. 1860. p. 550—553 (b. Tr.), IV. 1861. p. 305—311 (b. Tr.).— *Diatomacearum species in Arensburg Livoniae, Hapsal Esthoniae et Staraja-Russa gubernii Nowgorod observatae enumerantur.*

1585. — Eine Bemerkung zu Herrn Petrowsky's Etudes algologiques; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1862. III. p. 262—263 (b. Tr.). — *Nexum quemlibet inter Protococcum pluvialem et Euglenam minime admittendum esse autor enuntiat.*

1586. — Vegetabilische Quellen von Infusorien; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IV. 1862. p. 306—311 (b. Tr.). Seorsum impressum (non v.). — *Commentatio haec observationes in Saprolegnieas duas continet.*

1587. — Verzeichniss aller von mir in einem 30järigen Zeitraume zu St. Petersburg beobachteten Infusorien, Bacillarien und Räderthiere; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1863. III. p. 236—246 (b. Tr.). Separatim editum: Mosk. 1863. 8. 11 p. (b. Tr.). — *Infusoria 309, Bacillariae 90 et Rotatoria 114 Petropoli ab autore observata notantur. Tantum nomina offeruntur.*

1588. — Nachträgliche Bemerkungen in Betreff der Diatomaceen, welche sich im sogenannten Mineralschlamme von Staraja-Russa befinden; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IV. 1862. p. 305—306 (b. Tr.). — *Fragillariam rhabdosoma et Amphiproram alatam in Staraja-Russa gubernii Nowgorod occurrere autor indicat.*

1589. — Notiz in Betreff eines aus Ssarepta erhaltenen Staubes; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1864. IV. p. 566—568 (b. Tr.). — *Diatomaceae quaedam in illo pulvere ab autore repertae commemorantur.*

1590. — Diatomaceen des Ladoga-Sees; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. 1865. p. 21—25. 1 tab., p. 369—371

1 tab. (b. Tr.). — *Diatomacearum species 62 enumerantur et iconibus illustrantur, additis variis animadversionibus.*

1591. — Enchiridium botanicum plantas Ingermanniae indigenas continens (non v.). Opus hoc in lucem nunquam prodiit.

1592. **Werecha (Werekha, Вереха), Petrus (Петръ Николаевичъ) et Alexander (Александръ Николаевичъ) Materno (Материо).** Atlas statistique et forestier de la Russie d'Europe. St. Pétersb. 1879. 4. 8 mappae geogr. (non v.).

1593. **Weschtomow (Вештомовъ), Alexander (Александръ).** Вятская Флора seu Flora Wiatcensis; in: Вятск. Губернскія Вѣд. 1847. №№ 4—27 (non v.). — *In bibliotheca Gymnasii oppidi Wiatka asservatur opus manu scriptum a Weschtomow anno 1809 elaboratum, icones plantarum omnium ab autore prope Wiatka observatarum exhibens, additis cuique speciei nomine systematico, nomine vernaculo rossico, locis natalibus et usu. Textus hic, absque iconibus, anno 1847 loco supra citato in lucem prodiit.*

Wesselowski (Весселовскій), Constantinus (Константинъ Степановичъ). Conf. Хоз. статист. Атласъ sub. n. 1631.

1594. **Weygand, J. G.** Von dem curländischen Birkenbaum und denen daselbst befindlichen Birk-Hühnern und deren Fang; in: Bresl. Samml. von Natur u. Medic. IX. 1725. p. 527—544 (non v.). Conf. Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. VII. 1854. p. 196.

1595. — Von einigen curischen bärtigen Steinen oder Meergewächsen; in: Bresl. Samml. von Natur u. Medic. Supplem. III. p. 42—45 (non v.). Conf. Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. VII. 1854. p. 129.

1596. — Vom Tannenbaum; in: Bresl. Samml. von Natur u. Medic. Supplem. IV. 1729. p. 31—35 (non v.). Conf. Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. VII. 1854. p. 196.

1597. **Wiasemski (Wiazemsky, Вяземскій). Vladimirus (Владиміръ Алексѣевичъ).** Verzeichniss der im Elatomschen Kreise, Gouvernement Tambow, gesammelten Pflanzen; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1870. I. p. 136—173 (b. Tr.). — *Species phaenogamae 424 enumerantur, appensis earum habitationibus et stationibus.*

1598. **Wiedemann (Видеманъ), Ferdinandus Johannes (Фердинандъ Ивановичъ).** Разборъ сочиненія Г. Гиргенсона, подъ заглавіемъ: Naturgeschichte der Laub- und Lebermoose Liv-, Ehst- und Kurlands; in: XXX присужд. Демид. нагр. 1861. p. 71—77 (non v.).

1599. — et **Franciscus Eduardus Weber.** Beschreibuug der phanerogamischen Gewächse Esth-, Liv- und Curlands. Reval. 1852. 8. CXXVI, 664 p. 4 tab. (b. Tr.). — *Species phaenogamae 1054 percensentur, additis generum et specierum descriptionibus, nominibus vernaculis germanicis, rossicis, letticis et esthonicis, habitationibus, stationibus, florendi tempore, duratione et usu nec non adnotationibus aliis variis.*

1600. **Wille, N.** Ferskvandsalger fra Novaja Semlja samlede af Dr. F. Kjellmann paa Nordenskjölds Expedition; in: Kongl. Vet. Akad. Förh. 1879. № 5 (non v.). Seorsum impressum: 1875. 8. 61 p. 3 tab. (non v.).

1601. **Willkomm (Вилькомъ), Moritz (Морицъ Карловичъ).** Beobachtungen über die Bewegung der Vegetation im Dorpater Botanischen Garten im Frühlinge und Herbste des Jahres 1869; in: Archiv für d. Naturk. Liv-, Ehst- u. Kurl. Ser. I. Bd. VI. Lief. 1. p. 63—68 (v. in b. Hort. Petr.). — *Imprimis frondescentiae, efflorescentiae et defoliationis tempora respiciuntur.*

1602. — Beobachtungen über die Bewegung der Vegetation im Dorpater Botanischen Garten vom Frühlinge bis Herbst 1870; in: Archiv für d. Naturk. Liv-, Ehst- u. Kurl. Ser. I. Bd. VI. Lief. 2. p. 165—170 (v. in b. Hort. Petr.). — *Observationes arbores et frutices 51 nec non herbas 27 tangunt.*

1603. — Streifzüge durch die baltischen Provinzen. Schilderungen von Land und Leuten mit besonderer Berücksichtigung der Wälder und der Forstwirthschaft. Erst. Th. Liv- und Kurland. Dorpat. 1872. 8. VII, 196 p. (v. in b. Winkleri). — *Autor imprimis quidem sylvarum et rerum saltuariarum, verum etiam totius florae Livoniae et Curoniae, rationem habet et vegetabilia haud pauca in itinere observata suis locis notat.*

1603*. — Forstliche Flora von Deutschland und Oesterreich. Leipz. u. Heidelb. 1875. 8. 871 p. cum figur. xylogr. (b. Tr.). — *Autor quoque plantarum lignosarum distributionem per Rossiam respicit.*

Wilson (Вильсонъ), Johannes (Иванъ Ивановичъ). Conf. Хозяйств.-статист. Атласъ sub n. 1631.

1604. **Winkler (Винклеръ), Constantinus (Константинъ Юліевичъ).** Ueber einige für die Ostseeprovinzen neue Characeen; in: Sitzungsber. der Dorp. Naturf. Gesellsch. IV. Heft 2. 1876. p. 259—266 (v. in b. Hort. Petr.). — *Characeae jam antea in provinciis balticis observatae lustrantur et iis species nunc primum repertae 6 adduntur.*

1605. — Literatur und Pflanzenverzeichniss der Flora baltica; in: Archiv für d. Naturk. Liv-, Ehst- und Kurl. Ser. II. Bd. 7. Lief. 4. p. 387—490 (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum: Dorpat 1877. 8. 104 p. (b. Tr.). — *Literatura florae balticae exponitur et dein stirpes in provinciis balticis indigenae ab auctoribus in parte bibliographica citatis commemoratae omnes, exclusis Fungis et Lichenibus, omnino 1597 species (Algae 55, Characeae 15, Musci 340, Filicoideae 34, Phaenogamae 1153), enumerantur, quibus in appendice magna copia specierum erronee tanquam spontaneae in hac plaga indicatarum subnectitur. Ad finem propositum autor satis habet tantum plantarum nomina afferre.*

1606. **Wirzen, Johannes Ernestus Adhemias.** Dissertatio academica enumerationem plantarum officinalium Fenniam sponte inhabitantium sistens. Praes. Imm. Ilmoni. Helsingf. 1837. 8. 90 p. (b. Tr.). Redit sub titulo: Plantae officinales Fenniam sponte inhabitantes. Helsingf. 1837. 8. 90 p. (b. Tr.). — *Phaenogamarum et Cryptogamarum species 335 percensentur, additis earum synonymis, habitationibus et stationibus.*

1607. — Dissertatio academica in geographica plantarum per partem provinciae casanensis distributione illustranda periculum sistens. Respond. P. E. Oberg (Åberg). Helsingf. 1839. 8. 129 p. (b. Tr.).— *Phaenogamarum casanensium 658 species notantur, adjectis earum locis natalibus, stationibus, tempore florendi et duratione.*

1608. — Prodromus florae fennicae. Part. I. Resp. Aug. Ferd. Strandberg. Helsingf. 1843. 8. p. 1—16 (b. Tr.); Part. II. Resp. Gust. Wilh. Engelbr. Rancken. Helsingf. 1843. 8. p. 17—31 (b. Tr.). — *Enumerationem plantarum fennicarum secundum systema Linnaei ab Hippuride usque ad Calamagrostem, id est specierum 62, sistit, annexis diagnosibus, synonymis, habitationibus, stationibus, florendi tempore et duratione.*

1609. — Scriptores rei herbariae Fenniae. Part. I. Resp. Nic. Gust. Nykopp. Helsingf. 1853. 8. 16 p. (b. Tr.). — *Scriptorum omnium floram fennicam tractantium a Tillandsio usque ad finem saeculi duodevicesimi editionem novam animadversionibus criticis, historicis, synonymis cetq. auctam curare autor consilium cepit. Ni tamen fallor, tantum prima operis hujus particula supra citata prodiit, quae primas paginas editionis secundae (1683) Catalogi plantarum prope Aboam observatarum autore Elia Tillandsio offert.*

1610. **Wislicki et Löwenhart.** In relatione de itinere per districtum Olkusz Poloniae suscepto, quae in ephemeridibus Przyroda i Przemysł. 1856. №№ 15 et 16 (non v.) apparuit, etiam floram hujus plagae tangunt (Rostaf. Fl. Pol. prodr. p. 5).

1611. **Wittrock, V. B.** Linnaea borealis. En jemnförande biologisk, morfologisk och anatomisk undersökning; in: Botan. Notis. 1878. № 16 (non v.).

1612. **Wlangali (Влангали), A. (А.).** Reise nach der östlichen Kirgisensteppe, übersetzt von Dr. Löwe, herausgegeben von G. von Helmersen; in: v. Baer u. v. Helmers. Beitr. zur Kenntn. des Russ. Reichs. XX. St. Petersb. 1856. 8. XII, 260 p. 1 mappa geogr. (b. Tr.). Rossice prodiit: С.-Петерб. 1853. т. I—II (non v.), et in epitomen redactum in: Erman's Archiv. XIII. 1854. p. 595—648, XIV. 1855. p. 43—53 (v. in b. Hort. Petr.). — *Editioni germanicae (p. 251—255) adjectus est index specierum phaenogamarum 122 in itinere commemorato a Dre. A. A. Tatarinow in parte orientali deserti songorici lectarum, additis earum habitationibus.*

1613. **Wolfgang, Johannes Fridericus.** Generis Potamogetonis monographia manu scripta, a Wolfgang elaborata et iconibus exornata, asservatur in Societate naturae scrutatorum Mosquensi (non v.).

1614. **Wolter.** Charakteristik der einheimischen sowohl, als mehrer ausländischen (bei uns im Freien ausdauernden) Bäume und Ziersträucher, welche sich mehr oder minder zu Lustanlagen eignen; in: Beilage zur Allg. deutsch. Zeitg. für Russl. 1826. №№ 43, 47, 51; 1827. №№ 1, 11, 14, 15, 19, 23, 30, 37, 43, 53 (non v.). — *Commentatio haec 83 species arborum ac fruticum recenset (Conf. Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. VII. 1854. p. 131).*

1615. **Woronin (Воронинъ), Michael (Михаилъ Степановичъ).** О полиморфизмѣ, замѣчаемомъ въ воспроизводительныхъ органахъ у грибовъ, принадлежащихъ къ отдѣлу, называемому Pyrenomycetes. С.-Петерб. 1866. 8. 32 p. 2 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Sistit relationem de opere Tulasne «Selecta Fungorum carpologia», additis exempli gratia descriptionibus et iconibus organorum reproductivorum Pyrenomycetum nonnullorum.*

1616. — Zur Entwickelungsgeschichte des Ascobolus pulcherrimus Crouan und einiger Pezizen; in: A. De Bary u. M. Woronin Beitr. zur Morph. u. Phys. der Pilze. 2-te Reihe. 1866. p. 1—11. 4 tab. (b. Tr.). Redit in Abhandl. d. Senckenb. Naturf. Gesellsch. V. (non v.). — *Ascoboli pulcherrimi Crouan evolutio Petropoli ab autore observata illustratur et cum Pezizae scutellatae Bull. et Pez. granulatae L. evolutione comparatur.*

1617. — Observations sur certaines excroissances, que présentent les racines de l'Aune et du Lupin des jardins; in: Ann. d. sc. nat. V ser. t. VII. cah. 6. p. 73—86 (non v.). Germanice apparuit in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. X. № 6. 1866. 4. 13 p. 2 tab. (b. Tr.). — *Excrescentias tuberiformes in radicibus Alni glutinosi W. et Lupini mutabilis Lindl. saepe obvias autor, ex observationibus suis Petropoli institutis, Fungis provocari putat, et quidem in Alno glutinoso Fungo Schinzia Alni Woron., in Lupino mutabili autem Fungo quodam alio, generibus Bacterio Duj., Vibrioni Ehr. et Zoogloeae Cohn. proxime affini. Excrescentiarum forma externa et structura nec non ipsorum Fungorum commemoratorum evolutio exponuntur et iconibus illustrantur.*

1618. — Exobasidium Vaccinii: in: Ber. der Naturf. Gesellsch. zu Freiburg. IV. 4. 1867 (non v.). Seorsum impressum: Freiburg. 1867. 8. 20 p. 3 tab. (b. Tr.). — *De Fungo Exobasidio Vaccinii Woron., Petropoli in Vaccinio Vite idaea L. ab auctore observato, disseritur.*

1619. — Neuer Beitrag zur Kenntniss der Chytridieen. Entwickelungsgeschichte des Synchytium Mercurialis Fckl.; in: Mohl u. De Bary Bot. Zeitg. 1868. p. 81—88, 97—104. 3 tab. (b. Tr.).

1620. — Микологическія изслѣдованія. С.-Петерб. 1869. 4. 33 p. 6 tab. (b. Tr.). — *Sphaeriae Lemaneae Cohn in Fennia (Imatra) repertae, nec non Sordariae fimisedae De Ntrs., Sord. coprophilae De Ntrs. et Arthrobotryos oligosporae Fresen. Petropoli observatarum, evolutio persequitur et iconibus illustratur.*

1620*. — Peridermium pini prope Petropolin in Pinu Strobo se invenisse refert in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. I. 1870. p. 30 (b. Tr.).

1621. — Изслѣдованіе надъ развитіемъ ржавчиннаго гриба Puccinia Helianthi Schweinitz, причиняющаго болѣзнь подсолнечника; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. II. 2. 1871. p. 157—189 (b. Tr.). Germanice prodiit in: De Bary u. Kraus Bot. Zeitg. 1872. p. 677—684, 693—697 (b. Tr.). — *Inest historia evolutionis Pucciniae Helianthi Schweinitz, observata in Helianthi annui L. exemplaribus in gubernio Woronesh cultis.*

1621*. — Cronartium Ribesii in vicinia Petropolis observatum esse indicat in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. II. 1871. XXIX (b. Tr.).

1621**. — De cultura et evolutione Coprini ephemeri Bull. tractat in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. III. 1872. p. LIV—LV (b. Tr.).

1621***. — Изслѣдованія надъ гонидіями лишайника Parmelia pulverulenta Ach.; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. III. 1872. p. 77—86 tab. I (b. Tr.). — *Autor Parmeliae pulverulentae Ach. gonidia separata in aqua coluit et ea zoosporas gignere, has iterum in gonidia se transformare, nunquam autem hyphas proferre observavit.*

1621****. — Evolutionem Botrydii granulati exponit in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. VII. 1876. p. CXXXIII—CXL, CLXVI (b. Tr.).

— Conf. A. Famintzin sub n. 347.

— Conf. A. Famintzin sub n. 348.

1622. — Plasmodiophora Brassicae Woron. Организмъ, причиняющій капустнымъ растеніямъ болѣзнь, извѣстную подъ названіемъ Килы; in: Труды С.-Петерб. Общ. Естеств. VIII.

1877. p. 169—201. 6 tab. (b. Tr.). Separatim editum: С.-Петерб. 1877. 4. 24 p. 6 tab. (b. Tr.). Germanice apparuit in: Pringsh. Jahrb. für wiss. Botanik. XI. Heft. 1. p. 531—650 (non v.). Additamentum prodiit in: Regensb. Bot. Zeitg. 1880. p. 54—57 (b. Tr.). — *Fungi commemorati, Petropoli detecti et observati, evolutionem autor exponit et iconibus dilucidat.*

— Conf. J. Rostafinski sub n. 1175.

1632. **Wyżycki, Josephus Geraldus.** Zielnik ekonomiczno-techniczny czyli opisanie drzew, krzewów i roślin dziko rosnących w kraju. Wilno 1845. t. I—II (non v.).

Z.

1624. **Zabel (Цабель), Hugo Nicolaus (Николай Егорович).** Einiges über die Gonidien der Pilze; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVII. 1859. p. 361—364 (b. Tr.). — *De gonidiorum Mucoris Mucedinis evolutione disserens autor hujus Fungi formam desciscentem Petropoli observatam (Mucorem umbellatum Zabel) commemorat.*

Zenkowski (Ценковскій), Leo (Левъ Семеновичъ). Conf. L. Cienkowski sub n. 251.

1625. **Zetterman, A. J. et A. E. Brander.** Bidrag till sydvestra Finlands flora; in: Notis. ur Sällsk. pro fauna et flora fenn. förh. Sjunde haeft. 1867. p. 1—29 (b. Tr.). Seorsum apparuit s. i. l. et a. 8. 29 p. (b. Tr.). — *Plantarum species 787 (Phaenogamae 578, Filices 26, Musci 176, Characeae 7) enumerantur, additis passim habitationibus.*

1626. **Zigra, Johannes Hermannus.** Dendrologisch-ökonomisch-technische Flora der im Russischen Kaiserreiche bis jetzt bekannten

Bäume und Sträucher, nebst deren vollständigen Kultur u. s. w. Dorpat 1839. Bd. I—II. (v.). Rossice prodiit: С.-Петерб. 1842. 8. Ч. I. XII, 184, VII p., Ч. II. 98, IV, XV et XIV p. (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantae lignosae in Rossia indigenae 206 ordine alphabetico describuntur et earum nomina a variis populis usitata, loca natalia, cultura et usus adjiciuntur.*

1627. — Tabellarische Uebersicht der in den Wäldern der Ostseeprovinzen befindlichen Baumarten. Riga 1843 (non v.).

17. **Trollius patulus** Salisb. — Rupr. Fl. Cauc. p. 29.

In Daghestania, in montium jugo Bescho (Seidl.).

Planta Seidlitziana formam humilem flore longius pedicellato, parvo, 5-sepalo, staminibus petala linearia paullum superantibus offert.

18. **Delphinium hybridum** Steph. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 61. — Lallem. in Ind. IX sem. Hort. Petr. p. 69.

var. genuina Boiss. Fl. or. I. p. 89.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde. — Floribus coeruleo-violascentibus).

var. leiocarpa Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 493.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

var. hirtula Trautv. Observ. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 21.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde. — Floribus pallide violascentibus).

Species haec tam polymorpha, ut ejus varietates in infinitum augeri possint ideoque varietates supra commemoratae, aeque ac reliquae omnes ab auctoribus propositae, levi momento aestimandae sint.

19. **Aconitum Anthora** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 65.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde), inter Tindi et Chuarschi Daghestaniae (Seidl.).

II. Berberideae Vent.

20. **Bongardia Rauwolfii** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 80. — *Bongardia chrysogonum* Boiss. Fl. or. I. p. 99.

Prope Baku (Beck.).

Capsula membranacea, nuda, ad 1/4—1/2 longitudinis in lobos multos (pro numero nervorum capsulae), ovato-lanceolatos, acuminatos, 1-nervios, rectos dehiscens.

21. **Leontice Smirnowii** Trautv. tubere depresso; caule monophyllo; foliis trisectis, radicali longe petiolato, — caulino ad apicem caulis vaginae brevi, latissimae, foliaceae, caulem amplectenti insidente, — foliorum omnium segmentis primi ordinis palmatisectis, longissime petiolulatis, — segmentis secundi ordinis late ellipticis, apice rotundatis vel emarginatis vel rarissime bifidis, margine integerrimis, — omnibus breviter petiolulatis vel 3 intermediis breviter petiolulatis, 2 extimis autem sessilibus; racemo simplici, terminali, sessili, multifloro; bracteis magnis, multinerviis, demum pedicello duplo triplove brevioribus; nectariis (petalis) cuneatis, basi non saccatis, apice 2-dentatis, dentibus rectis, ovatis, brevissimis; ovario sub anthesi stylum brevissimum, crassum multoties superante.

Prope Lagodechi Kachetiae australis (M. N. Smirnow).

Species haec *Leonticen altaicam* Pall. omni ratione quidem refert, permulto tamen major ac robustior est, imprimis autem nectarii non saccati (nec manifeste saccati) dentibus brevissimis, ovatis, rectis (non lineari-subulatis, horizontaliter patentibus, recurvis) et stylo sub anthesi brevissimo (non ovarium subaequante) ab hac diversa. — Tuberis subglobosi, depressi diametrus transversalis interdum 6 centimetrorum. Caulis simplex, erectus, a tubere usque ad folii caulini basin (absque racemo) 25 centimetrorum. Folia glauca; segmenta secundi ordinis in folio radicali ad 7 centim. longa et ad 5 centim. lata, in folio caulino autem ad 5 centim. longa et ad 3 centim. lata. Racemus demum ad 13 centim., pedicelli inferiores autem ad 2 1/2 centim. longi. Bracteae suborbiculatae, multinerviae, inferiores circiter 1 centim. longae. Sepala 6,

lutea, oblonga, circiter 1 centim. longa, exteriora ad 4—5 millim. lata, interiora, augustiora. Stamina vix $^1/_3$ perianthii aequantia. Nectaria 6, stamina aequantia, circiter 3 millim. longa, cuneata, basi angustissima, non saccata, apicem versus valde dilatata, ipso apice bidentata, dentibus brevissimis, ovatis, latis, non raro basi contiguis, rectis. Stylus brevissimus, demum 1 millim. longus, crassiusculus, etiam sub anthesi ovario ellipsoideo multiplo brevior. Capsulae valde immaturae (ad 11 millim. longae) ellipsoideae, versus basin et apicem attenuatae.

III. Papaveraceae Dec.

22. **Papaver dubium** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 89.
Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

23. **Papaver caucasicum** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 90. — Rupr. Fl. Cauc. p. 109.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.), in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

24. **Papaver orientale** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 90.
var. typica Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 495; Pl. isthmi cauc. l. c. IV. 2. p. 345.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

25. **Roemeria hybrida** Dec. — Regel in Act. Hort. Petr. V. 1. p. 228.
var. refracta Regel l. c.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

26. **Glaucium corniculatum** Curt. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 92. — Boiss. Fl. or. I. p. 119.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

IV. Fumariaceae Dec.

27. **Corydalis pauciflora** Steph. — Regel in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1861. III. p. 134.

var. parviflora Regel l. c. p. 136. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 404.
In Daghestania (Seidl.).

28. **Fumaria Vaillantii** Lois. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 105.
In districtu Talysch: in pylis Barnasar et in monte Küs-jurdi (Radde).

V. Cruciferae Juss.

29. **Matthiola adoratissima** R. Br. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 104.
var. typica Trautv. l. c.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).
var. tatarica Trautv. l. c.
Cum var. antecedente (Beck.).

30. **Nasturtium officinale** R. Br. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 111.
Prope Lenkoran (Radde).

31. **Barbarea vulgaris** R. Br. — Trautv. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1860. I. p. 95 et Act. Hort. Petr. II. 2. p. 496.
var. arcuata Koch. — Trautv. l. c.
In districtu Talysch: in monte Küs-jurdi et prope pag. Lyrik (Radde).
Specimina prope Lyrik lecta valde juvenilia ideoque mihi dubia.

32. **Barbarea minor** C. Koch. — Boiss. Fl. or. I. p. 184. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 346.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).
Tantum in statu florente lecta est.

33. **Arabis albida** Stev. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 117.
var. typica Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 496.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde) et in montibus Sawalan Persiae (Radde).

34. **Arabis mollis** Stev. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 117.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

35. **Arabis hirsuta** Scop. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 118.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

36. **Arabis Huetii** Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 496. — *Sisymbrium Huetii* Boiss. Fl. or. I. p. 957.
In monte Botschoch Daghestaniae (Seidl.).
Variat herba subglabra vel dense puberula, foliorum auriculis plerumque manifestis, satis magnis, vel rarius (in speciminibus pusillis) obsolètis.

37. **Cardamine uliginosa** M. Bieb. — Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 497. — Boiss. Fl. or. I. p. 162.
In monte Sawalan Persiae (Radde).

38. **Cardamine impatiens** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 128.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

39. **Meniocus linifolius** Dec. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 134.
In districtu Talysch: in pylis Barnasar nec non prope pagum Lyrik (Radde).

40. **Pseudovesicaria digitata** Rupr. Fl. Cauc. p. 96. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 405. — *Vesicaria digitata* C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 136.
In monte Botschoch Daghestaniae (Seidl.).

41. **Psilonema calycinum** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 137.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

42. **Alyssum montanum** L. — Trautv. Observ. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 15.
var. trichostachya Trautv. l. c.
In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

43. **Alyssum Szovitsianum** Fisch. et Mey. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 406.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

44. **Alyssum minimum** W. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 140.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.), prope Achty Daghestaniae (Beck.).

45. **Alyssum campestre** L. — Trautv. Observ. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 15.
var. typica Trautv. l. c.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), nec non in districtu Talysch: in pylis Barnasar et in monte Küs-jurdi (Radde).

46. **Alyssum alpestre** L. — Trautv. En. pl. song. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1860. I. p. 100.
var. typica Trautv. l. c.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.), in monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), prope Lenkoran (Radde), in districtu Talysch: in monte Küs-jurdi, prope pagum Lyrik et prope pagum Mistan (Radde), nec non in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).
var. microphylla Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. 497.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

47. **Clypeola Jonthlaspi** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 144.
var. lasiocarpa Gruner in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1867. IV. p. 396.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

48. **Draba bruniaefolia** Stev. — Rupr. Fl. Cauc. p. 107. — *Dr. olympica* Sibth. — Boiss. Fl. or. I. p. 295.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in montibus Sawalan Persiae (Radde).

49. **Draba rigida** W. — Rupr. Fl. Cauc. p. 109.
In Daghestania, in pylis inter Tindi et Chuarschi, nec non in montibus Botschoch et Schunu Dagh (Seidl.).

50. **Draba repens** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 147.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

51. **Draba mollissima** Stev. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 149.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

52. **Draba siliquosa** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 151. — Rupr. Fl. Cauc. p. 117.

In Daghestania: prope pagum Kurusch (Beck.), in monte Botschoch (Seidl.), nec non in pylis inter Tindi et Chuarschi (Seidl.), in Persiae montibus Sawalan (Radde).

Speciminum Seidlitzianorum in monte Botschoch lectorum nonnulla vix 1 centim. alta, nudiscapa, foliis radicalibus minimis, parce ciliatis, caeterum glabris instructa a speciei forma typica recedunt siliculis parvis, immaturis ellipticis. Ruprecht l. c. de formis similibus mentionem fecit.

53. **Draba incana** L. — Rupr. Fl. Cauc. p. 123. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 152.

var. hebecarpa Lindbl. — Rupr. l. c.

Prope pagum Kurusch Daghestaniae (Beck.).

54. **Draba nemorosa** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 154.

var. leiocarpa Lindbl. — Ledeb. l. c.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.), in Persiae montibus Sawalan (Radde).

var. hebecarpa Lindbl. — Ledeb. l. c.

In districtu Talysch: in monte Küs-jurdi et prope pagum Lyrik (Radde), nec non in Persiae montibus Sawalan.

55. **Thlaspi perfoliatum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 163.

In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

56. **Thlaspi pumilum** Ledeb. Fl. ross. I. p. 164. — Rupr. Fl. Cauc. p. 127, 292. tab. VI. fig. 1.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

Specimina Beckeriana cum *Hutchinsiae pumilae* Dec. exemplaribus a C. A. Meyer lectis, nec non cum *Thlaspi pumili* Ledeb. icone Ruprechtiana optime consentiunt.

57. **Chorispora iberica** Dec. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 169.

Prope Gra Daghestaniae (Beck.).

58. **Malcolmia africana** R. Br. — Boiss. Fl. or. I. p. 223. — Regel in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1870. II. p. 267.

var. typica Regel l. c.

Prope Baku (Beck.).

59. **Hesperis matronalis** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 171. — Trautv. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 107, V. 2. p. 408.

var. glabra Trautv. eglandulosa, caule apice pedicellisque glabris; foliis dentatis; siliquis glabris. — *Hesp. matronalis* C. A. Mey. En. pl. cauc. p. 187.

In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

var. Meyeriana Trautv. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

60. **Sisymbrium perfoliatum** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 178. — *Conringia clavata* Boiss. Fl. or. I. p. 211.

In valle Ambarani Persiae (Radde).

Boissier l. c. stigma bifidum lobis conniventibus describit, in planta Raddeana autem, aeque atque in specimine originario a C. A. Meyer mecum communicato, stigma omnino truncatum mihi videtur.

61. **Sisymbrium crucastrifolium** Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 107. — *Erysimum crucastrifolium* Rupr. Fl. Cauc. p. 89.

In Daghestania: prope Achty et in itinere versus Alachun Dagh (Beck.).

62. **Sisymbrium contortuplicatum** Dec. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 183. — *Malcolmia contortuplicata* Boiss. Fl. or. I. p. 224.

Prope Baku (Beck.).

63. **Sisymbrium Thalianum** Gay et Monn. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 184. — *Arabidopsis Thaliana* Rupr. Fl. Cauc. p. 86.
Prope Lenkoran nec non in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

64. **Sisymbrium leptophyllum** Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 500. — *Erysimum leptophyllum* Andrz. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 186.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.), in faucibus Täng districtus Talysch (Radde) et in Persiae valle Ambarani (Radde).

65. **Sisymbrium Cheiranthus** Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 108. — *Erysimum altaicum* C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 188.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

66. **Sisymbrium pachypus** Trautv. — *Erysimum repandum* L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 191.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

67. **Sisymbrium tetragonum** Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 350. — *Erysimum orientale* R. Br. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 192.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch et in valle Ambarani Persiae (Radde).

68. **Alliaria brachycarpa** M. Bieb. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 109.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

69. **Camelina microcarpa** Andrz. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 196.
Prope Tiflis (M. N. Smirnow).

70. **Camelina laxa** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. 197.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

71. **Capsella Bursa pastoris** Mönch. — Ledeb. Fl. ross. I. 199.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde), in Persiae montibus Sawalan (Radde).

72. **Lepidium Draba** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 202.
var. longistyla Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1860. I. p. 125.
Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

73. **Lepidium crassifolium** Waldst. et Kit. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 208.
In planitie prope Ardebil Persiae (Radde).

74. **Aethionema Buxbaumii** Dec. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 209.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

75. **Isatis cappadocica** Desv. — *Is. latisiliqua* Dec. Syst. II. p. 566; Prodr. I. p. 210 (excl. var. β. — non Stev.). — Rupr. Fl. Cauc. p. 130 (non Stev.). — Ledeb. Fl. ross. I. p. 210 (excl. var. β. — non Stev.). — Boiss. Fl. or. I. p. 377 (ex parte). — *Is. Candolleana* Boiss. var. β. — Walp. Repert. I. p. 182.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.).
Species haec siliculis membranaceo-alatis, ellipticis, obtusiusculis, magis minusve puberulis excellit. In *Isatide latisiliqua* Stev. ex ipsius Stevenii descriptione (Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. III. p. 26) silicula obovata, qualem in commentatione de Isatide et Sameraria (tab. I. fig. 9) repraesentavi. *Is. cappadocicam* Desv. De Candolleus l. c. *Isatidi latisiliquae* suae subjunxit, ideoque Desvauxii nomen servandum esse censui. Caeterum Boissier l. c. non solum *Is. cappadocicam* Desv., verum etiam species alias numerosas ab auctoribus variis constitutas cum *Is. latifolia* Stev. conjunxit.

76. **Isatis nummularia** Trautv. De Samer. et Isat. p. 12. tab. II. fig. 15. — *Is. platycarpae var. nummularia* Jaub. et Spach. in Walp. Annal. bot. syst. I. p. 47. — *Is. latisiliqua* Boiss. Fl. or. I. p. 377 (ex parte).
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).
Speciminum Raddeanorum fructus nequaquam constanter exacte orbiculares, sed saepe basin versus paullum angustati ideoque ad formam fructuum *Is. Stevenianae* Trautv. vergentes.

77. **Isatis canescens** Dec. — Trautv. De Sámer. et Isat. p. 5. tab. I. fig. 3. — *Is. tinctoriae var. canescens* Boiss. Fl. or. I. p. 381.
In valle Ambarani districtus Ardebil.

78. **Sobolewskia lithophila** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 213.
In monte Alachún-Dagh Daghestaniae (Beck.).

79. **Vogelia paniculata** Hornem. — Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 503. — *Neslia paniculata* Desv. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 214.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

80. **Myagrum perfoliatum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 214.
In insula Ssari maris caspii.

81. **Brassica Rapa** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 216.
var. campestris Koch. Syn. fl. germ. p. 59.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

82. **Hirschfeldia adpressa** Mönch. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 111.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

83. **Crambe Tataria** Jacq. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 222.
Prope Miskindscha Daghestaniae (Beck.).

84. **Raphanistrum rostratum** Fisch. et Mey. in Ind. IV. sem. Hort. Petr. (1837) p. 24. n. 1772. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 224. — *Raphanus rostratus* Dec. — Boiss. Fl. or. I. p. 400.
In insula Ssari maris caspii (Radde).
Planta Raddeana ob fructuum defectum aliqua ratione dubia.

85. **Bunias orientalis** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 226.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

86. **Coronopus procumbens** Gilib. — Trautv. Observ. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 20. — *Senebiera Coronopus* Poir. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 227.
Prope Derbent (Beck.).

VI. Capparideae Juss.

87. **Cleome ornithopodioides** L. — Boiss. Fl. or. I. p. 44.
var. stipitata Boiss. l. c.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

VII. Resedaceae Dec.

88. **Reseda lutea** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 236.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

89. **Reseda globulosa** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 236.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

VIII. Cistineae Dec.

90. **Helianthemum niloticum** Pers. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 239.
Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

91. **Helianthemum Chamaecistus** Mill. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 351. — *H. vulgare* Gaertn. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 241.
In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.) nec non prope pagum Dshek districtus Kuba (Seidl.).

IX. Violarieae Dec.

92. **Viola purpurea** Stev. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1856. II. p. 310. — Boiss. Fl. or. I. p. 457. — Rupr. Fl. Cauc. p. 145.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).
Specimina Beckeriana characteribus hujus speciei exacte respondent, monendum tamen eorum stipulas interdum fimbriis rarissimis instructas et stigma utique uncinatum esse.

93. **Viola canina** L. — Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1860. I. p. 138. — Regel l. c. 1861. IV. p. 489.

var. typica Trautv. l. c. — *V. canina* Ledeb. Fl. ross. I. p. 252. — *V. flavicornis* Sm. — Rupr. Fl. Cauc. p. 155.
In transitu Gudaur Ossetiae (Seidl.).

var. sylvestris Regel l. c. 490. — *V. sylvestris* Lam. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 253.
Prope Lenkoran (Radde).

var. arenaria Trautv. l. c. (1860). — *V. caninae var. rupestris* Regel l. c. (1861) p. 495. — *V. arenaria* Ledeb. Fl. ross. I. p. 254. — *V. rupestris* Schmidt. — Rupr. Fl. Cauc. p. 153.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

94. **Viola biflora** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 254.
var. caucasica Rupr. Fl. Cauc. p. 156.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

95. **Viola minuta** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 255.
var. daghestanica Rupr. Fl. Cauc. p. 157.
In Daghestania (Seidl.).

96. **Viola grandiflora** L. — Reg. et Herd. in Bull. de Mosc. 1866. II. p. 529. — Maxim. in Mél. biol. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IX. p. 754. — Rupr. Fl. Cauc. p. 294. — *V. oreades* M. Bieb. — Rupr. Fl. Cauc. p. 158. — *V. altaica* Pall. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 255.
In monte Bescho Daghestaniae (Seidl.).
Planta Seidlitziana variat floribus nunc flavis nunc violaceis.

X. Frankeniaceae St. Hil.

97. **Frankenia hirsuta** L. — Boiss. Fl. or. I. p. 780.
var. hispida Boiss. l. c. — *Fr. hispida* Dec. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 267.
In planitie prope Ardebil (Radde).

XI. Polygaleae Juss.

98. **Polygala vulgaris** L. — Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1860. I. p. 140.
var. minor Trautv. l. c.; Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 113. — *P. vulgaris* Ledeb. Fl. ross. I. p. 270. — *P. caucasica* Rupr. Fl. Cauc. p. 165. — *P. alpicola* C. A. Mey. — Rupr. l. c. p. 166.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).
var. hybrida Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 505. — *P. hybrida* Dec. — Rupr. Fl. Cauc. p. 162. — *P. anatolica* Boiss. Fl. or. I. p. 474.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).
Stirps longe lateque divulgata ideoque mirifice varians et botanicorum industria in species plures facile amplius augendas diremta.

XII. Sileneae Dec.

99. **Dianthus Carthusianorum** L. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 352.
var. atrorubens Trautv. l. c. — *D. atrorubens* All. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 275.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

100. **Dianthus sinensis** L. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 412.
var. montana Trautv. — *D. Seguierii var. montana* Boiss. Fl. or. I. p 304. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. p. 113.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde), nec non in Daghestania: prope Dshek et Kubatschu (Seidl.), in monte Schalbus Dagh (Beck.).

101. **Dianthus bicolor** M. Bieb. — Ledeb. Fl ross. I. p. 282.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.) et prope Baku (Beck.).

102. **Dianthus petraeus** M. Bieb. — Trautv. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 412.

var. elatior Rupr. — Trautv. l. c.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

var. brevi- et strictifolia Rupr. — Trautv. l. c.

Prope pagum Mistan districtus Talysch (Radde).

103. **Dianthus crinitus** Sm. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 283.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

104. **Dianthus fimbriatus** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 283.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde), in faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

105. **Dianthus prolifer** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 286.

Prope Leukoran et Astara, nec non prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

106. **Dianthus Saxifraga** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 287.

In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

107. **Gypsophila elegans** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 292.

var. genuina Trautv. radice annua; floribus corymboso-paniculatis, majoribus.

Prope Achty (Beck.).

var. aliflora Trautv. radice annua; floribus majoribus, plerisque alaribus, longius pedicellatis. — *G. aliflora* Rupr. Fl. Cauc. p. 142.

var. parviflora Trautv. radice annua; floribus corymboso-paniculatis, minoribus.

Prope Achty (Beck.).

var. silenoides Trautv. radice perenni; floribus corymboso-paniculatis, majoribus. — *G. silenoides* Rupr. Fl. Cauc. p. 142.

In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

var. diffusa Trautv. radice perenni; floribus corymboso-paniculatis, minoribus. — *G. diffusa* Fisch. et Mey. — Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 507.

108. **Gypsophila tenuifolia** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 292.

In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.).

109. **Gypsophila capitata** M. Bieb. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 413.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

110. **Saponaria orientalis** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 301. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 115.

var. communis Trautv. l. c.

In districtu Talysch; prope pagum Mistan et in pylis Barnasar (Radde).

111. **Saponaria Vaccaria** L. — Boiss. Fl. or. I. p. 525. — *Vaccaria vulgaris* Host. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 302.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

112. **Silene fimbriata** Sims. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 303.

Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

113. **Silene lacera** Sims. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 304.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

114. **Silene spergulifolia** M. a Bieb. — Trautv. En. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 508.

var. ellipsoidea Trautv. l. c.

In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

var. clavata Trautv. l. c.

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

115. **Silene Otites** Sm. — Rohrb. Silen. p. 199.

var. genuina Rohrb. l. c. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 413.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

116. **Silene olympica** Boiss. Fl. or. I. p. 609. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 354.

var. stenophylla Boiss. l. c. p. 610. — Trautv. l. c. — *S. sahendica* Boiss. et Buhse En. pl. Transc. et Pers. p. 38 (sec. Boiss. l. c.).

In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde) et in montibus Ssawalan Persiae (Radde).

Specimina haec cum planta a Radde in districtu Achalzich lecta, quam loco supra citato nomine *Sil. olympicae var. stenophyllae* Boiss. designavi, optime consentire mihi videntur. Caeterum varietatem hanc lubenter speciem distinctam (*Sil. sahendicam* Boiss. et Buhse) agnoscerem.

117. **Silene multiflora** Pers. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 311. — Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1860. I. p. 149.

var. vulgaris Trautv. l. c.

Prope colon. Ssarepta (Beck.).

118. **Silene conica** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 314.

Prope Tiflis (M. N. Smirn.) et in insula Ssari maris caspii (Radde).

119. **Silene conoidea** L. — Ledeb. Fl. ross. l. p. 314.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

120. **Silene gallica** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 315.

In insula Ssari maris caspii et prope Astara districtus Talysch (Radde).

121. **Silene dichotoma** Ehrh. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 315.

var. iberica Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 354.

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

122. **Silene Marschallii** C. A. Mey. — Rupr. Fl. Cauc. p. 195. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 355.

var. typica Rupr. l. c.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

Silenen Maschallii C. A. Mey. e speciminibus paucis mihi tantum imperfecte notam ad *Sil. saxatilem* Sims. proxime accedere et ab hac imprimis foliis utrinque vel saltem subtus puberulo-scabris, glaucescentibus (non viridibus) distinctam esse autumo. In planta Raddeana perianthii glabri dentes obtusi, brevissime ciliati, petalorum fauce coronatorum unguis extus nec non staminum filamenta puberula.

123. **Silene saxatilis** Sims. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 318.

Prope Tiflis (Radde) nec non in Daghestania: in montibus Bescho (Seidl.) et Schalbus Dagh (Beck.), prope Geniate (Seidl.).

124. **Silene chloropetala** Rupr. Fl. Cauc. p. 195. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 414.

Prope Sirich et Chruch Daghestaniae (Beck).

125. **Silene depressa** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 321. — Rohrb. Silene p. 133.

var. Meyeri Rohrb. l. c. — *S. Meyeri* Fenzl. — Boiss. Fl. or. I. p. 623.

In districtu Talysch: in faucibus Täng et prope pagum Lyrik (Radde).

126. **Silene Auchericana** Boiss. Fl. or. I. p. 617.

var. Hohenackeri Boiss. l. c.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

Specimina Raddeana cum plantae homonymae exemplaribus ab Hohenacker prope Tatuni et Suwant lectis et ab ipso Boissier determinatis optime consentire mihi videntur.

127. **Silene chloraefolia** Sm. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 323.

In pylis Barnasar districtus Talysch et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

128. **Silene solenantha** Trautv. (*Sclerocalycinae* Boiss. Fl. or. I. p. 575) glabra, dense caespitosa, caudicis ramis brevissimis, incrassatis, dense squamatis; foliis acutis, margine scabris, — radicalibus dense congestis, anguste linearibus, canaliculatis, — caulinis

lineari-subulatis, dissitis; caulibus vix pedalibus, tenuissimis, simplicissimis vel parce alternatim ramosis, ramisque viscosis; floribus in caule ramisque solitariis, terminalibus, porrectis; perianthii ad 3 centim. longi, primum angustissime tubulosi, serius longissime clavati, basi annulato-umbilicati dentibus ovatis, scarioso-marginatis, minute ciliatis, alternatim obtusis et acutis; petalorum fauce coronatorum lamina bifida, appendicibus majusculis, acutis; carpophoro capsulam ellipsoideam, inclusam sesquies superante.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

Herba perennis. Caudex foliorum demortuorum basibus dense squamatus. Caules stricti, simplicissimi, 1-flori vel ramis simplicibus, alternis, elongatis, 1-floris, erecto-patentibus instructi. Folia radicalia vix 3 centim. longa, linearia, acuta, basin versus longe angustata, ima basi late vaginata, margine vel etiam dorso in costa media serrulato-scabra, basi longius ciliata; caulina remotissima, parva, internodiis multiplo breviora, erecto-patentia; floralia basi saepius angustissime scarioso marginata, ciliata. Pedicelli saepe perianthium aequantes, rarius eo paullo breviores. Perianthium 2½—3 centim. longum, 10-nervium, basi annulo angusto, coriaceo-membranaceo umbilicatum, fructiferum infra capsulam constrictum. Petalorum unguis edentulus, margine parce et breviter ciliatus, serius parum exsertus; appendices ovatae, acutiusculae. Staminum filamenta serius parum exserta, glabra. Carpophorum basi tenuissime puberulum. Semina dorso canaliculata, faciebus plana. — Species ad *S. armenam* Boiss. proxime adpropinquat, quae tamen perianthio fere duplo breviore (15—18 millim. longo) et capsula carpophorum longitudine superante (non eo breviore) haud parum recedit. Quod ad flores attinet, *S. solenantha S. longifloram* Ehrh. aemulat, ab hac autem habitu omnino alio, caudice dense squamato, foliis multo minoribus, angustioribus, canaliculatis, caulibus multo humilioribus, tenuissimis, simplicissimis vel parce paniculato-ramosis, ramis alternis, elongatis, dissitis, 1-floris cetq. longius distare mihi videtur.

129. **Silene compacta** Fisch. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 325.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Radde).

130. **Lychnis alba** Mill. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 355. — *Melandryum pratense* Röhlg. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 327.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

131. **Githago segetum** Desf. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 332.
Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

XIII. Alsineae Bartl.

132. **Queria hispanica** Loefl. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 341.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

133. **Alsine tenuifolia** Crantz. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 342.
var. brachypetala Fenzl. — Ledeb. l. c.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

134. **Alsine sclerantha** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 343.
Prope Baku (Beck.).

135. **Alsine montana** Fenzl. — Boiss. Fl. or. I. p. 684.
var. caucasica Boiss. l. c. p. 685. — *Als. campestris* Fenzl in Ledeb. Fl. ross. I. p. 343.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.).

136. **Alsine recurva** Wahlenb. — Boiss. Fl. or. I. p. 674. — *Als. hirsuta* Fenzl in Ledeb. Fl. ross. I. p. 346.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde), in monte Schindankala districtus Talysch (Radde).

137. **Alsine verna** Bartl. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 347.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

138. **Alsine Villarsii** Mert. et Koch. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 350.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

139. **Alsine imbricata** C. A. Mey. — Boiss. Fl. or. I. p. 672.
In Daghestania: in monte Botschoch (Seidl.), prope Kurusch (Beck.).

140. **Alsine pinifolia** Fenzl. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 354.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

141. **Alsine aizoides** Boiss. Fl. or. I. p. 672.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

142. **Arenaria dianthoides** Sm. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 360.
In pylis Barnasar et prope pagum Mistan districtus Talysch (Radde), nec non in montibus Sawalan Persiae (Radde).

143. **Arenaria graminea** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 361.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

144. **Arenaria holostea** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. p. 364.
Prope Kurach Daghestaniae (Beck.).

145. **Arenaria serpyllifolia** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 368.
In insula Ssari maris caspii (Radde), in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

146. **Möhringia trinervia** Clairv. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 371.
Prope custodiam Germisch districtus Ardebil (Radde).

147. **Holosteum umbellatum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 373.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

148. **Stellaria media** Vill. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 377.
var. trichocalyx Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 415.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde), prope Lenkoran (Radde).

149. **Cerastium trigynum** Vill. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 396.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

150. **Cerastium microspermum** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 400.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

151. **Cerastium nemorale** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 400.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

152. **Cerastium multiflorum** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 401.
In Daghestania: in pylis inter Pindi et Chuarschi (Seidl.), prope Kurusch (Beck.).

153. **Cerastium dichotomum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 402. — Boiss. Fl. or. I. p. 721.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).
Radde tantum fragmentum hujus plantae misit, vix tamen est quod dubitem, quin ad *C. dichotomum* L. pertineat.

154. **Cerastium viscosum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 404.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde), prope Lenkoran (Radde).

155. **Cerastium purpurascens** Adam. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 406.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

156. **Cerastium arvense** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 412.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

157. **Cerastium araraticum** Rupr. Fl. Cauc. p. 234. — Trautv. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 514, IV. 2. p. 120, V. 2. p. 416.
var. grandiflora longifolia Rupr. l. c. — Trautv. l. c. II. p. 515.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).
Planta daghestanica cum homonyma karabachensi a Kolenati et Radde lecta prorsus consentit et ob herbam tomento albo, tenui quidem, satis tamen denso, tectam ad *C. Biebersteinii* Dec. adpropinquat.

XIV. Lineae Dec.

158. **Linum corymbulosum** Reichenb. — C. A. Mey. in Ind. IX sem. Hort. Petr. p. 78; Enum. II. pl. nov. Schrenk. p. II.

In insula Ssari maris caspii (Radde).

Boissier in Fl. or. I. p. 852 plantam tauricam et caspio-caucasicam ad *L. gallicum* retulit, songoricam autem *L. corymbuloso* subjunxit.

159. **Linum hirsutum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 423.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

160. **Linum angustifolium** Huds. — Boiss. Fl. or. I. p. 861. — *L. marginatum* Poir. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 425.

In insula Ssari maris caspii (Radde).

XV. Malvaceae R. Br.

161. **Lavatera thuringiaca** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 430.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

162. **Althaea officinalis** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 431.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

Specimina Beckeriana, quod ad inflorescentiam attinet, ad *Alth. armeniacam* Ten. (*Alth. taurinensem* C. A. Mey.) adpropinquant, eorum folia autem 5—3-loba, nequaquam 5—3-partita.

163. **Malva sylvestris** L. — Boiss. Fl. or. I. p. 819.

var. mauritiana Boiss. l. c. — *M. mauritiana* L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 434.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

164. **Malva neglecta** Wallr. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 220. — *M. rotundifolia* Ledeb. Fl. ross. I. p. 435 (non L.).

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

XVI. Hypericineae Dec.

165. **Androsaemum officinale** All. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 444.

Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

166. **Hypericum hirsutum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 449.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

167. **Hypericum scabrum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 450.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

168. **Hypericum hyssopifolium** Vill. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 451.

var. abbreviata Ledeb. l. c. — *H. repens* Boiss. Fl. or. I. p. 801. — *H. polygonifolium* Rupr. Fl. Cauc. p. 247.

In monte Bescho Daghestaniae (Seidl.), in faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

var. elongata Ledeb. l. c. — *H. hyssopifolium* Boiss. l. c. p. 799.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

XVII. Acerineae Dec.

169. **Acer campestre** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 454.

In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

170. **Acer monspessulanum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 455.

var. iberica Trautv. fructuum loculis intus tenuissime floccoso-pilosis. — *Ac. ibericum* M. a. Bieb. Fl. taur. cauc. II. p. 447, III. p. 643. — C. A. Mey. Enum. Pl. casp. cauc. p. 206.

In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

Aceris monspessulani L. specimina transcaucasica omnia, perinde atque ab Aucher-Eloy in Ghilan lecta (n. 4294), fructuum loculis intus pilosis a speciei ejusdem exemplaribus europaeis numerosissimis, quae vidi, recedunt; in his enim omnibus fructuum loculos semper intus glaberrimos reperi. Plantae transcaucasicae fructus praeterea plerumque multo majores, eorum loculi seminiferi majores, diametro longitudinali transversalem manifeste superantes.

171. **Acer insigne** Boiss. et Buhse. — Boiss. Fl. or. I. p. 947.
Prope Lenkoran (Radde).
Fructuum loculi intus dense lanati, aeque atque in *Ac. Pseudoplatano* L. et *Ac. Trautvetteri* Medw., quorum illud floribus racemosis (non laxe paniculatis), hoc autem inflorescentia glabra (non pubescente), longe bracteata (non minute bracteata vel ebracteata) haud aegre sub florescentia discernuntur. Specimina fructifera difficilius dignoscenda.

172. **Acer Lobelii** Ten. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 456. — Maxim. Diagn. pl. nov. in Mél. biol. de l'Acad. de St. Pétersb. X. p. 602. — *Ac. laetum* C. A. Mey. — Boiss. Fl. or. I. p. 949.
In monte Schindan-Kala districtus Talysch (Radde).
Fructuum loculi intus glabri.

XVIII. Ampelideae Humb. Bonpl. et Kunth.

173. **Vitis vinifera** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 458.
Prope Lenkoran (Radde).

XIX. Geraniaceae Dec.

174. **Geranium ibericum** Cav. — Boiss. Fl. or. I. p. 876.
var. genuina Trautv. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 462.
In monte Schindan-Kala districtus Talysch (Radde).
var. platypetala Boiss. l. c. — *G. platypetalum* F. et Mey. — Ledeb. l. c.
Ad pedes montium Sawalan Persiae (Radde).

175. **Geranium sylvaticum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 461.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

176. **Geranium albanum** M. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 468.
In monte Schindan-Kala districtus Talysch (Radde).

177. **Geranium molle** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 469.
Prope Lenkoran (Radde).

178. **Geranium lucidum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 471.
Prope pagum Waraul districtus Talysch (Radde), prope Lenkoran (Radde).

179. **Geranium columbinum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 472.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde), in insula Ssari maris caspii (Radde).

180. **Geranium Robertianum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 473.
var. communis Trautv. — *Ger. Robertianum* Boiss. Fl. or. I. p. 883.
Prope Lenkoran (Radde).
var. purpurea Ledeb. l. c.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

181. **Erodium cicutarium** L'Herit. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 476.
var. trivialis Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 122.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in monte Schindan-Kala districtus Talysch (Radde).

182. **Erodium oxyrhynchum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 477.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

XX. Oxalideae Dec.

183. **Oxalis corniculata** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 483.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

XXI. Rutaceae Bartl.

184. **Haplophyllum villosum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 490.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

XXII. Celastrineae Bartl.

185. **Evonymus verrucosa** Scop. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 498.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

XXIII. Rhamneae R. Br.

186. **Paliurus aculeatus** Lam. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 500.
Prope pagum Artschewan districtus Talysch (Radde).

187. **Rhamnus cathartica** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 19.
var. typica Maxim. Rhamn. in Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. X. №. 11. p. 8.
In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

188. **Rhamnus Pallasii** Fisch. et Mey. — Maxim. Rhamn. in Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. X. № 11. p. 7 (in nota ad *Rh. Erythroxylon* Pall.).
var. spathulaefolia Maxim. l. c. p. 8. — *Rh. spathulaefolia* Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 502. — Boiss. Fl. or. II. p. 17.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

XXIV. Juglandeae Dec.

189. **Pterocarya caucasica** Kunth. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 507. — *Pt. fraxinifolia* Spach. — Maxim. Dec. XII pl. nov. in Mél. biol. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. p. 639. — Boiss. Fl. or. IV. p. 1160.
Prope Lenkoran (Radde).

XXV. Papilionaceae L.

190. **Ononis spinosa** L. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 124.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).
Caules ramique circumcirca villosi.

191. **Anthyllis Vulneraria** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 522.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

192. **Medicago sativa** L. — Trautv. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 124, V. 2. p. 420.

var. glutinosa Urb. — Trautv. l. c. — *M. glutinosa* M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 525.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).
var. coerulea Urb. — Trautv. l. c. — *M. coerulea* Lessg. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 526.
Chunsoch Daghestaniae (Seidl.).

193. **Medicago daghestanica** Rupr. — Boiss. Fl. or. II. p. 95. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 125.
var. pallida Trautv. l. c.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

194. **Medicago minima** Lam. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 529.
Prope Achty Daghestaniae et prope Baku (Beck.).

195. **Medicago arcuata** Trautv. in Bull. sc. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. n. 17. — *Trigonella arcuata* C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 533.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

196. **Medicago monspeliaca** Trautv. in Bull. sc. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. n. 17. — *Trigonella monspeliaca* L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 533.
Prope Tiflis (Smirnow), prope Achty Daghestaniae (Beck.).

197. **Medicago orthoceras** Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 421. — *Trigonella orthoceras* Kar. et Kir. — Boiss. Fl. or. II. p. 77. — *Tr. polycerata* Ledeb. Fl. ross. I. p. 533.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

198. **Melilotus neapolitana** Ten. — Boiss. Fl. or. II. p. 107. — *M. gracilis* Dec. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 539.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.).

199. **Trifolium angustifolium** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 540.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

200. **Trifolium arvense** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 540.
Prope Lenkoran (Radde).

201. **Trifolium lappaceum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 541.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

202. **Trifolium phleoides** Pourr. — Boiss. Fl. or. II. p. 120. — *Tr. erinaceum* M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 542.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

203. **Trifolium hirtum** All. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 544.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

204. **Trifolium canescens** W. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 545.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

205. **Trifolium trichocephalum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 545.
In Daghestania: in monte Ssalatau (Seidl.) et prope Kurusch (Beck.).

206. **Trifolium alpestre** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 546.
Prope Manglis gub. Tiflis (Radde), in monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

207. **Trifolium pratense** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 547.
Prope custodiam Germisch (Radde).

208. **Trifolium resupinatum** L. — Trautv. Pl. Malom. in Act. Hort. Petr. I. 2. p. 271. — Boiss. Fl. or. II. p. 137.
Prope Lenkoran (Radde).

209. **Trifolium tumens** Stev. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 550.
In districtu Talysch: in monte Küs-jurdi, prope pagum Lyrik nec non prope Lenkoran (Radde).

210. **Trifolium ambiguum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 552.
In Daghestania: prope Kurusch et Achty (Beck.).

211. **Trifolium agrarium** L. — Boiss. Fl. or. II. p. 153. — *Tr. procumbens* Ledeb. Fl. ross. I. p. 556.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch, prope Lenkoran et in insula Ssari maris caspii (Radde).

212. **Lotus Gebelia** Vent. — Boiss. Fl. or. II. p. 168.
var. genuina Boiss. l. c.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

213. **Lotus angustissima** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 560. — *L. hispidus* Dec. — Ind. X. semin. Hort. Petr. (1844) p. 52. — *L. pilosissimus* Poir. — Ind. XI. semin. Hort. Petr. (1845) p. 74.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

214. **Lotus corniculata** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 560.
var. ciliata G. Koch. — Ledeb. l. c.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

215. **Galega orientalis** Lam. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 568.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

216. **Coronilla cruenta** Ait. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 574.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

217. **Oxytropis pilosa** M. a. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 584.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

218. **Oxytropis cyanea** M. a. Bieb. Fl. taur. cauc. III. p. 502. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 587.
In Daghestania: in monte Ssalatau (Seidl.), in pylis inter Tiudi et Chuarschi (Seidl.), prope Kurusch ad pedem montis Basardjusi (Beck.).
Acaulis. Foliola ad 14-juga, utrinque pilis adpressis tecta. Stipulae petiolo longe adnatae, extus adpresse pilosae. Scapi adscendentes, folia

superantes, 5—18 centim. alti. Flores primum dense capitati, serius laxiores, subspicati, ad 1 centim. longi. Bracteae pedicellis brevissimis subduplo longiores, perianthii basin parum superantes. Perianthii dentes dimidium tubum aequantes. Corolla exsiccata intense coerulea. Vexilli lamina suborbiculata, emarginata. Alae oblongae, emarginatae. Carinae mucro subulatus, sat longus. Legumina oblonga, breviter stipitata, cum stipite perianthio quadruplo vel quintuplo longiora, in spicam ellipsoideam collecta, patentissima vel subnutantia, pilis brevibus, albis, adpressis tecta, ob suturam vexillarem profunde impressam subbilocularia, septo tamen in utraque sutura nullo. — De specie hac atque affinibus me in dubiis versari confiteor. Descriptiones *Ox. cyaneae* a Bunge et a Boissier exhibitae neque cum planta mea neque inter se prorsus consentiunt. In *Ox. cyanea* secundum Bunge (Oxytr. p. 31) stipulae fere ad medium petiolo adnatae, perianthii dentes tubum dimidium superantes, — e contrario secundum Boissier (Fl. or. I. p. 505) stipulae breviter petiolo adnatae, perianthii dentes tubo duplo breviores. Flores *Ox. cyaneae* secundum Bunge in sectione maximi, carinae mucro autem brevis.

219. **Oxytropis Owerini** Bnge. Oxytr. p. 105. — *Ox. uralensis* M. a Bieb. Fl. taur. cauc. III. p. 503.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

Becker tantum specimina fructifera misit, quae legumina complete bilocularia, suturam utramque septiferam, septa lata, contigua, stipulas hyalino-membranaceas et folia utrinque sericeo-pilosa offerunt ideoque in *Ox. Owerini* descriptionem Bungeanam quadrant.

220. **Astragalus cruciatus** Link. — Boiss. Fl. or. II. p. 225. — Bunge Astrag. I. p. 12, II, p. 8.

Prope Achty Daghestaniae et Baku (Beck.).

221. **Astragalus campylorhynchus** F. et Mey. — Bunge Astrag. I. p. 14, II. p. 15. — Boiss. Fl. or. II. p. 233.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

Specimina Raddeana cum *Astr. campylorhynchi* Fisch. et Mey. exemplaribus originariis prope Seidchodschi districtus Aderbeidschan lectis, quae in herbario Horti Petropolitani vidi, prorsus consentiunt.

222. **Astragalus brachypterus** C. A. Mey. — Bunge Astr. I. p. 23, II. p. 26. — Boiss. Fl. or. II. p. 266.

In Daghestania, prope Kurusch, ad pedem montis Schach Dagh (Beck.).

223. **Astragalus glycyphylloides** Dec. — Bunge Astr. I. p. 25, II. p. 30. — Boiss. Fl. or. II. p. 267.

Prope custodiam Germisch (Radde).

224. **Astragalus galegiformis** L. — Bunge Astr. I. p. 27, II. p. 32. — Boiss. Fl. or. II. p. 269.

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

225. **Astragalus Caraganae** Fisch. et Mey. — Bunge Astr. I. p. 29, II. p. 34. — Boiss. Fl. or. II. p. 272.

Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde) et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

226. **Astragalus talyschensis** Bunge Astr. I. p. 40, II. p. 57. — Boiss. Fl. or. II. p. 297. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 128.

In districtu Talysch: prope pagum Lyrik et pagum Mistan (Radde), nec non in montibus Sawalan Persiae (Radde).

Secundum Bunge et Boissier legumina *Astragali talyschensis* Bge. lineari oblonga. Specimina Raddeana autem prope Mistan lecta, quae fructibus maturis instructa sunt, legumina compressa, elliptica, diametro longitudinali transversalem circiter bis superantia ostendunt, perinde atque ejusdem speciei exemplaria a Radde anno 1870 prope Diabar decerpta et ipsa specimina originaria *Astr. nummularii* C. A. Mey. e districtu Talysch allata. *Astr. tragacanthoidis* Hohen. fructus non vidi.

227. **Astragalus Beckerianus** Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 362, V. 2. p. 425.

In monte Basardjusi Daghestaniae (Beck.).

228. **Astragalus macrourus** Fisch. et Mey. — Bunge Astr. I. p. 55, II. p. 90. — Boiss. Fl. or. II. p. 257.

var. macrophylla Trautv. multo elatior et robustior; foliolis lato-ellipticis vel oblongo-ellipticis, apice rotundatis vel emarginatis.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

Specimina anno 1880 a Becker lecta ab *Astr. macrouri* exemplaribus a C. A. Meyer et Hohenacker mecum communicatis haud parum discrepant habitu multo robustiore, scapo cum inflorescentia ad 65 centim. alto et foliorum pinnis duplo triplove latioribus, lato-ellipticis, apice rotundatis vel emarginatis; nihilominus illa ab his, ut opinor, haud specifice sejungenda sunt, cum *Astr. macrouri* specimina a Becker anno 1874 prope Kurusch reperta formam inter commemoratas varietates mediam offerant.

229. **Astragalus mollis** M. a Bieb. — Bunge Astr. I. p. 55, II. p. 91. — Boiss. Fl. or. II. p. 260.

Prope Baku (Radde).

In specie hac stipulas ima basi inter se connatas et petala exsiccata apice coerulescentia (in vivo fortassis purpurascentia) haud raro offendi.

230. **Astragalus podocarpus** C. A. Mey. — Bunge Astr. I. p. 56, II. p. 94. — Boiss. Fl. or. II. p. 256.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

Planta Raddeana cum ejusdem speciei speciminibus Hohenackerianis, prope Tatuni lectis, exacte consentit.

231. **Astragalus Alopecurus** Pall. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 424.

var. Pallasiana Trautv. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

Exemplaria haec Beckeriana a *var. maximae* Trautv. speciminibus, a Becker anno 1876 in eodem monte Schalbus Dagh lectis, non differunt, nisi perianthii dentibus longioribus, corollam subaequantibus.

232. **Astragalus persicus** Fisch. et Mey. — Bunge Astr. I. p. 68, II. p. 113. — Boiss. Fl. or. II. p. 382.

In districtu Suwant (Radde), in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

233. **Astragalus Hohenackeri** Boiss. Fl. or. II. p. 386. — Bunge Astr. I. p. 70, II. p. 117.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

234. **Astragalus caspius** M. a Bieb. — Bunge Astr. I. p. 79, II. p. 132. — Boiss. Fl. or. II. p. 334.

var. macracantha Trautv. ramis elongatis, absque foliis terminalibus ad 11 centim. longis, interdum geniculatim flexuosis, laxiuscule foliosis, dense albo-tomentosis; spinis 3—8 (!) centim. longis; foliolis 6—8-jugis.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

Specimina Raddeana habitu multo graciliore et spinis multo longioribus ab *Astr. caspii* M. a Bieb. forma solita recedunt, quod autem ad floris structuram et reliquos characteres attinet, cum hac prorsus consentiunt, ideoque mihi non sumo, ut speciem novam condam.

235. **Astragalus Marschallianus** Fisch. — Bunge Astr. I. p. 80, II. p. 133. — Boiss. Fl. or. II. p. 336.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

236. **Astragalus denudatus** Stev. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 640. — Bunge Astr. I. p. 80, II. p. 133.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

237. **Astragalus Meyeri** Boiss. Fl. or. II. p. 349. — Bunge Astr. I. p. 86, II. p. 151.

In districtu Suwant (Radde) et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

In speciminibus Raddeanis exsiccatis corolla pallidissime purpurascens.

238. **Astragalus aureus** W. — Bunge Astr. I. p. 92, II. p. 164. — Boiss. Fl. or. II. p. 331.

In monte Chinalug Daghestaniae (Seidl.), in faucibus Täng et in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde), nec non in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

239. **Astragalus Stevenianus** Dec. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 361.

var. typica Trautv. l. c.

Prope Tiflis (M. N. Smirn.), in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

240. **Astragalus aduncus** M. Bieb. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 129.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

Specimina numerosa variis in locis lecta, inter *Astr. Onobrychin* L., *Astr. aduncum* M. Bieb. et *Astr. cephaloten* Pall. (Boiss.) — uti opinor — ambigua possideo, itaque vix est quod dubitem, quin hae species conjungendae sint. De quo conferas etiam ipsum Marschall a Bieberstein (Fl. taur. cauc. III. p. 495).

241. **Astragalus Onobrychis** L. — Bunge Astr. I. p. 103, II. p. 183. — Boiss. Fl. or. II. p. 438.

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

242. **Astragalus Owerini** Bunge Astr. I. p. 105, II. p. 186. — Boiss. Fl. or. II. p. 444.

In Daghestania: Chunsoch (Seidl.), in monte Basardjusi prope Kurusch (Beck.) et in monte Schalbus Dagh (Beck.).

Planta mea in *Astr. Owerini* descriptionem a Bunge suppeditatam satis bene quadrare mihi videtur; moneo tamen in scapo, bracteis et perianthio pilos nigros saepe tantum parcos, imo fere nullos, adesse et vexillum alas longe superare, perinde atque in *Astr. Onobrychi* L. Corolla exsiccata albida vel saepius dilute coerulescens (in planta viva fortassis dilute purpurascens). Quae cum ita sint et mihi non contigerit, ut *Astr. Owerini* Bge. exemplaria originaria conferrem, de specie nequaquam certus sum.

243. **Astragalus fragrans** W. — Bunge Astrag. I. p. 109, II. p. 189. — Boiss. Fl. or. II. p. 450.

Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

244. **Astragalus dolichophyllus** Pall. Astr. p. 84. tab. 68. — Bunge Astr. I. p. 116, II. p. 196. — Boiss. Fl. or. II. p. 456.

var. brevidentata Trautv. perianthii dentibus ejus tubo circiter dimidio brevioribus.

Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

Specimina Raddeana ab *Astr. dolichophyllo* Pall. typico perianthii laciniis brevioribus recedunt; inter hujus speciei autem exemplaria numerosa prope Astrachan lecta, quae possideo, nonnulla offendo, quae dentes calycinos aeque breves, ac planta Raddeana, offerunt.

245. **Astragalus rostratus** C. A. Mey. — Bunge Astr. I. p. 117, II. p. 198. — Boiss. Fl. or. II. p. 458.

Prope pagum Mistan districtus Talysch (Radde).

Planta Raddeana fructibus onusta in *Astr. rostrati* C. A. Mey. specimina fructifera originaria prope Swant districtus Talysch decerpta omnino quadrat.

246. **Astragalus sanguinolentus** Marsch. a Bieb. Fl. taur. cauc. II. p. 200, III. p. 497. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 648.

In Daghestania: Chunsoch (Seidl.) nec non in monte Schalbus Dagh (Beck.).

247. **Astragalus subulatus** Marsch. a Bieb. — Bunge Astr. I. p. 125, II. p. 218. — Boiss. Fl. or. II. p. 481.

In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

248. **Astragalus calycinus** Marsch. a Bieb. — Bunge Astr. I. p. 139, II. p. 236. — Boiss. Fl. or. II. p. 494.

var. grandiflora Hohen. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1838. IV. p. 346. bracteis $^1/_3$ vel $^1/_2$ tubi calycini attingentibus; floribus majoribus; dentibus calycinis $^1/_3$—$^1/_2$ tubi calycini aequantibus.

Prope pagum Barkantschak gubernii Stawropol (Beck.), prope Kum Terkale Daghestaniae (Lagowski in herb. Trautv.), in districtu Elisabethopol (Hohen. in herb. Trautv.).

var. brevidentata Trautv. bracteis pedicellos bis terve superantibus, perianthii basin paullum supereminentibus; floribus minoribus; dentibus calycinis circiter 1/5 tubi calycini aequantibus.

In Daghestania: prope Temir Chan Schura et prope Achty (Beck.).

249. **Vicia hybrida** L. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 35.

var. pannonica Trautv. l. c. — *V. pannonica* Jacq. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 669.

Prope pagum Mistan districtus Talysch (Radde).

250. **Vicia peregrina** L. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 36. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 667.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

251. **Vicia sativa** L. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 37.

var. genuina Trautv. l. c.

Prope Lenkoran (Radde).

var. nigra L. — Trautv. l. c.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

252. **Vicia truncatula** Fisch. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 670. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 40.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

253. **Vicia Balansae** Boiss. Fl. or. II. p. 569. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 41.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

Vicia Balansae Boiss. a Ledebour verisimiliter recte *Viciae truncatulae* Fisch. adnumerata est, Becker enim ambarum specierum specimina promiscue legit et misit.

254. **Vicia semiglabra** Rupr. — Boiss. Fl. or. II. p. 583. — Trautv. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 41, IV. 1. p. 132, V. 2. p. 426.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

Species *Viciae ecirrhosae* Rupr. nimis affinis et ab hac vix separanda.

255. **Vicia ecirrhosa** Rupr. — Boiss. Fl. or. II. p. 583. — Trautv. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 42, II. 2. p. 524.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

256. **Ervum paucijugum** Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 76.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

Descriptioni loco supra citato exhibitae pauca addere liceat. Folia superiora saepe 3-juga, rarissime 4-juga. Stipulae, imprimis superiores, inaequales, altera minor, angustior et simplicior. Stigma *Viciam* quodam modo in memoriam revocat, sed circumcirca villosulum. Ovarium ad 8-ovulatum, legumen autem plerumque tantum 4—5-spermum. Semina submatura rotunda, compressa, laevia, ad 4 millim. in diametrum; hilum parvum, ellipticum, 1 millim. longum, radiculae proximum.

257. **Ervum hirsutum** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 663. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 46.

Prope Lenkoran (Radde).

258. **Ervum villosum** Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 47. — *Vicia villosa* Roth. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 676.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

259. **Ervum Cracca** Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 49. — *Vicia Cracca* L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 674.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

260. **Ervum tenuifolium** Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 50. — *Vicia tenuifolia* Roth. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 676.

Prope Derbent (Beck.) et prope Lenkoran (Radde).

261. **Ervum alpestre** Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 50. — *Vicia alpestris* Stev. et *V. purpurea* Stev. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 678.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

262. **Ervum aurantium** Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 56. — *Orobus aurantius* Stev. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 690.
Prope custodiam Germisch in districtu Talysch (Radde).

263. **Lathyrus Aphaca** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 680. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 57.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), prope Lenkoran (Radde).

264. **Lathyrus Nissolia** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 680. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 58.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

265. **Lathyrus inconspicuus** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 680. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 58.
var. dasycarpa Trautv. leguminibus pubescentibus.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

266. **Lathyrus annuus** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 681. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 59.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

267. **Lathyrus pratensis** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 683. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 61.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

268. **Lathyrus rotundifolius** W. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 684. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 63.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

269. **Lathyrus inermis** Roch. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 67. — *Orobus hirsutus* Ledeb. Fl. ross. I. p. 687.
Prope pagum Lyrik (Radde).

270. **Lathyrus cyaneus** C. Koch. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 74.
var. petiolata Trautv. l. c. — *Orobus cyaneus* Stev. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 693.
In Daghestania: in monte Ssalatau (Seidl.) et in monte Schalbus Dagh (Beck.).

271. **Pisum sativum** L. — Trautv. Catal. Vic. in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 75.
var. genuina Trautv. l. c. — *P. sativum* Ledeb. Fl. ross. I. p. 660.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).
Specimina Raddeana fructibus submaturis onusta sunt, floribus autem carent. Pedunculus stipulas vix superans; semina submatura, uti mihi videtur, globosa (non angulato-impressa).

272. **Coronilla varia** L. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 696.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.), prope Lenkoran (Radde).

273. **Hedysarum obscurum** L. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 526.
var. caucasica Trautv. l. c.
Ad pedem montis Schalbus Dagh (Beck.).

274. **Onobrychis viciaefolia** Scop. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 526. — *On. sativa* Lam. — Ledeb. Fl. ross. I. p. 708.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde), nec non in valle Ambarani et in montibus Sawalan districtus Ardebil (Radde).

290. **Potentilla Argaea** Boiss. et Balansa. — Boiss. Fl. or. II. p. 709. — Trautv. in Act. Hort. Petr. II. p. 529, IV. p. 135, 368.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

291. **Potentilla multifida** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 42 (excl. *Pot. verticillari* Steph.).
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

292. **Potentilla bifurca** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 43.
var. major Ledeb. l. c.
In districtu Talysch: in monte Küs-jurdi et prope pagum Mistan (Radde).

293. **Potentilla recta** L. — Trautv. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 135, V. 2. p. 431.
var. hirta Trautv. l. c. — *P. hirta* L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 46.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), nec non in districtu Talysch: prope pagum Lyrik, prope custodiam Germisch et in monte Küs-jurdi (Radde).

294. **Potentilla argentea** L. — Rupr. Fl. ingr. p. 321.
var. genuina Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1860. II. p. 524.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).
var. serotina Rupr. l. c.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

295. **Potentilla Meyeri** Boiss. Fl. or. II. p. 714. — *P. Thomasii* C. A. Mey. En. casp. cauc. p. 168. — *P. calabrae var.* Hohen. En. pl. Tal. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1838. IV. p. 365.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).
Planta Raddeana cum Meyeriana et Hohenackeriana supra citatis prorsus congruit. Species haec procul dubio *P. argenteae* peraffinis est.

296. **Potentilla opaca** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 119. — *P. adenophylla* Boiss. Fl. or. II. p. 718.
Prope Tiflis (M. N. Smirnow).
Planta haec prope Tiflis lecta glandulis et praeterea pilis longis, horizontaliter patentibus tecta est et cum *P. opaca* L. in Rossia europaea australi vigente omni ratione prorsus consentit. Neque a *Pot. adenophyllae* Boiss. speciminibus armeniacis Aucherianis (Herb. d'or. n. 4492 et 4493) differt.

297. **Potentilla reptans** L. — Lehm. in Walp. Annal. II. p. 511. — Boiss. Fl. or. II. p. 723.
var. anomala Lehm. — Walp. Annal. bot. l. c. — caule adscendente vel stricto, ad 20 centim. alto; floribus 2—4 in caulis apice in corymbum simplicem collectis; perianthii maximi laciniis exterioribus interiores bis superantibus, petala subaequantibus. — *P. anomala* Ledeb. Fl. ross. II. p. 53.
In insula Ssari maris caspii (Radde).
Lehmann (l. s. c.) *Potentillam anomalam* Ledeb. ad *Potentillam repentem* L. procul dubio recte retulit; specimina inter species has ambigua e variis Rossiae plagis ipse possideo. In *varietate typica* perianthii laciniae admodum variant: exteriores longitudine et latitudine nunc interiores aequant, nunc plus minusve (interdum bis) superant, nunc denique iis paullo breviores et angustiores sunt. Conferas etiam Steven in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1856. III. p. 175, 176.

298. **Potentilla verna** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 55.
In Daghestaniae monte Schalbus Dagh (Beck.).

299. **Potentilla nivea** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 57.
var. vulgaris Ledeb l. c.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

300. **Potentilla grandiflora** L. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 431.

var. gelida Trautv. l. c. — *P. gelida* C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 59.

In Daghestania: prope pagum Kubatschi et in pylis Botschoch (Seidl.).

301. **Potentilla fruticosa** L. — Maxim. in Mél. biol. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IX. p. 157.

var. genuina Maxim. l. c. — *P. fruticosa* Ledeb. Fl. ross. II. p. 61.

Schurcha, in itinere Kubätschi versus (Seidl.).

302. **Fragaria viridis** Duchesne. — Rupr. Fl. ingr. p. 331. — *Fr. collina* Ehrh. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 64.

var. mutabilis Hayne. — Rupr. l. c. p. 332.

Prope custodiam Germisch (Radde).

Specimina Raddeana insufficientia et mihi quodam modo dubia sunt. Pedicelli laterales pilis patentibus tecti, pedicellus terminalis autem adpresse pubescens; perianthii laciniae erecto-patulae.

303. **Rubus fruticosus** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 68. — Stev. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1856. III. p. 177.

Prope pagum Waraul districtus Talysch (Radde) et prope Lenkoran (Radde).

Specimina Raddeana solitaria et incompleta accuratius determinari nequeuntur. Planta lenkoranica petalis, ni fallor, albis gaudet, prope Waraul lecta autem petalis orbata est.

304. **Rosa***) **pimpinellifolia** L. — Regel Ros. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 304.

var. spinosissima Regel l. c. p. 306.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

305. **Rosa canina** L. — Regel Ros. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 332.

var. collina Koch. — Regel l. c. p. 337.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

*) Rosae species hoc loco enumeratas determinavit generis hujus monographus, cl. E. Regel.

var. Heckeliana Regel l. c.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

306. **Rosa rubiginosa** L. — Regel Ros. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 340.

var. typica Regel l. c.

lusus parvifolius Regel.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

lusus foliis utrinque glandulosis (Regel).

In monte Bescho Daghestaniae (Seidl.).

var. Willdenowiana Regel l. c. p. 342.

lusus foliis utrinque glandulosis (Regel).

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

var. foliis parvis, utrinque glandulosis; pedunculis calycisque tubo glabris; calycis laciniis integris vel basi laciniatis (Regel).

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

var. foliis parvis, utrinque magis minusve glandulosis; pedunculis calycisque tubo pubescentibus (Regel).

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in districtu Suant (Radde).

var. foliis parvis, utrinque glandulosis; pedunculis calycibusque setoso-glandulosis (Regel).

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

var. foliis subrotundis, utrinque glandulosis; pedunculis calycibusque setoso-glandulosis; calycis laciniis integris, pubescentibus, apice tantum setoso-glandulosis (Regel).

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

XXVIII. **Pomaceae** Lindl.

307. **Crataegus Oxyacantha** L. — Regel Revis. Crataeg. in Act. Hort. Petrop. I. 1. p. 116.

var. Lagenaria Trautv. — *Cr. Lagenaria* Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 90. — Boiss. Fl. or. II. p. 664.

Prope pagum Waraul districtus Talysch (Radde).

308. **Crataegus pentagyna** Waldst. et Kit. — Reg. Rev. Crataeg. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 113. — Neilr. Diagn. p. 47.

var. melanocarpa Trautv. perianthio magis minusve tomentoso-pubescente, fructibus nigris. — *Cr. melanocarpa* M. a. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 89.

In districtu Talysch: in monte Schindan Kala et prope pagum Waraul, nec non prope Lenkoran (Radde).

309. **Crataegus orientalis** Pall. — Boiss. Fl. or. II. p. 660.

In districtu Talysch: prope custodiam Germisch et ad Persiae fines (Radde).

Species et foliis et perianthio a *Cr. tanacetifolia* Pers., ut opinor, haud aegre distinguenda.

310. **Cotoneaster integerrima** Medik. — Trautv. Observ. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 20.

var. intermedia Trautv. foliis subtus tomentosis, floribus solitariis. — *C. vulgaris* Lindl. *var. intermedia* Regel in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 315.

Prope Dshek Daghestaniae (Seidl.).

Specimen Seidlitzianum fructiferum a *C. uniflora* Bge. (*C. vulgaris* Lindl. *var. uniflora* Regel l. c.) foliis subtus dense tomentosis recedit.

311. **Cotoneaster Fontanesii** Spach. — Regel in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 312. — *C. Nummularia* Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 93.

In districtus Talysch monte Küs-jurdi nec non in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

312. **Mespilus germanica** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 94.

Prope pagum Waraul districtus Talysch (Radde).

313. **Pyrus torminalis** Ehrh. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 98.

Prope Astara (Radde).

314. **Pyrus Aucuparia** Gärtn. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 100.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde), in monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

315. **Cydonia vulgaris** Pers. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 101.

Prope pagum Waraul districtus Talysch (Radde).

XXIX. Granateae Don.

316. **Punica Granatum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 104.

Prope Lenkoran (Radde).

XXX. Onagrariae Juss.

317. **Epilobium angustifolium** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 105.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

318. **Epilobium montanum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 108.

Prope custodiam Germisch (Radde).

319. **Epilobium palustre** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 109.

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

320. **Epilobium tetragonum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 110.

In Persiae montibus Sawalan (Radde).

Plantae hujus Raddeanae exemplar unum, idque admodum juvenile et parum evolutum, mihi suppetit.

321. **Epilobium origanifolium** Lam. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 111.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

Specimen Raddeanum, quod ad manum habeo, ab *Ep. roseo* L. non differt, nisi caule simplici, vix 16 centim. alto, paucifloro. Neque dubito, quin *Ep. origanifolium* Lam. cum *Ep. roseo* L. conjungendum sit.

322. **Circaea lutetiana** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 113.
Prope Lenkoran (Radde).

323. **Trapa natans** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 114.
Prope Lenkoran (Radde).

XXXI. Lythrarieae Juss.

324. **Lythrum Hyssopifolia** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 126.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch nec non prope Lenkoran (Radde).

XXXII. Tamariscineae Desv.

325. **Myricaria germanica** Desv. — Boiss. Fl. or. I. p. 763.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

326. **Tamarix Pallasii** Desv. — Bunge Tamar. p. 49.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

XXXIII. Reaumuriaceae Ehrenb.

327. **Reaumuria hypericoides** W. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 138. — Trautv. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 138, V. 2. p. 432.
var. angustifolia Trautv. l. c.
Prope Achty Daghestaniae (Becker).

XXXIV. Scleranthaeae Link.

328. **Scleranthus annuus** L. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 433.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde) nec non prope Lenkoran (Radde).
Perianthii laciniae tubum quidem aequantes, plerumque autem uncinatae.

XXXV. Paronychieae A. St. Hil.

329. **Herniaria incana** Lam. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 160.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

330. **Polycarpon tetraphyllum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 165.
Prope pagum Artschewan districtus Talysch (Radde).

331. **Spergula media** Pers. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 168.
var. heterosperma Fenzl. — Ledeb. l. c. — *Sp. media* Boiss. Fl. or. I. p. 733.
In insula Ssari maris caspii (Radde).
In speciminibus Raddeanis semina alata tantum rarissime occurrunt.

XXXVI. Crassulaceae Dec.

332. **Umbilicus pubescens** Ledeb. Fl. ross. II. p. 175.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

333. **Umbilicus Sempervivum** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 175.
In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

334. **Sedum involueratum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 183.
Prope Kubatschu Daghestaniae (Seidlitz).

335. **Sedum spurium** M. a Bieb. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 370.
var. alba Trautv. l. c.
Prope Chunsoch Daghestaniae (Seidl.), prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

336. **Sedum stoloniferum** S. G. Gmel. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 184.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

337. **Sedum hispanicum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 185. — *S. glaucum* Waldst. et Kit. — Boiss. Fl. or. II. p. 789.
In monte Sawalan Persiae (Radde).

338. **Sedum pallidum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 185.
In pylis Täng districtus Talysch, prope Lenkoran et Astara (Radde).

339. **Sedum annuum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 186.
In districtu Talysch: in monte Küs-jurdi et prope pagum Lyrik (Radde).

340. **Sedum gracile** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 186.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

341. **Sedum tetramerum** Trautv. (*Epeteium* Boiss. Fl. or. II. p. 776) annuum, nanum, glabrum, caule erecto, simplici vel ima basi ramulum exserente, a basi foliato et florifero; foliis sparsis, semiteretibus, ovato-subulatis, obtusiusculis, basi solutis, remotiusculis; floribus secus caulem et ramulum dispositis, subaxillaribus, subsessilibus, folia plerumque superantibus; perianthii foliolis 4, lineari-subulatis, obtusiusculis, erectis; petalis 4, albidis, ovato-lanceolatis, breviter cuspidato-acuminatis, perianthio fructifero dimidio brevioribus; staminibus 4, corolla paullo brevioribus; cyamiis 4, erectis, perianthio paullo brevioribus.
Prope Baku (Beck.).

Tantum planta fructifera mihi innotuit. Radix tenuissima. Caulis ad 4 centim. altus. Folia ad 6 millim. longa, basi longe et late appendiculata, floribus adpressa. Perianthii fructiferi ad 6 millim. longi foliola basi soluta, brevissime appendiculata. Petala siccata diaphana, erecta, libera, circiter 2 millim. longa, albida. Staminum filamenta capillaria, alba, petalis alterna. Antherae flavae, orbiculatae. Cyamia linearilanceolata, parum compressa, in stylum brevissimum attenuata, ad suturam internam dehiscentia, 1-locularia, polysperma, extus asperulo-punctata, erecta vel subconniventia. Semina ½ millim. longa, laevia. — Plantula haec floribus tetrameris, staminibus 4 et petalis perianthio dimidio brevioribus inter *Sedi* species annuas excellit, a genere hoc tamen, meo judicio, nequaquam separanda.

XXXVII. **Grossularieae** Dec.

342. **Ribes alpinum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 196. — Boiss. Fl. or. II. p. 817. — Maxim. in Mél. biol. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IX. p. 238.
var. europaea Maxim. l. c.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

XXXVIII. **Saxifragaceae** Dec.

343. **Saxifraga cartilaginea** W. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 205.
var. major Trautv. Pl. casp. cauc. V. 2. p. 434.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).
var. minor Boiss. Fl. or. II. p. 800.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

344. **Saxifraga laevis** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 205.
In Daghestania: in montibus Bescho (Seidl.) et in monte Schalbus Dagh (Beck.).

345. **Saxifraga sibirica** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 219.
In pylis Botschoch Daghestaniae (Seidl.) nec non in districtu Talysch: in monte Schindan Kala et prope pagum Lyrik (Radde).

346. **Saxifraga tridactylites** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 222.
In monte Schindan Kala districtus Talysch (Radde).

347. **Saxifraga Cymbalaria** L. — Boiss. Fl. or. II. p. 811. — *S. orientalis* Jacq. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 223.
In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

348. **Saxifraga muscoides** Wulf. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 223.
In Daghestania: in pylis Botschoch (Seidl.) et in monte Schalbus Dagh (Beck.).

349. **Saxifraga exarata** Vill. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 224.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

XXXIX. **Umbelliferae** Juss.

350. **Sanicula europaea** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 235.
Prope Derbent (Beck.), prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

351. **Astrantia Biebersteinii** Trautv. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 236.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

352. **Astrantia helleborifolia** Salisb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 236.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

353. **Carum Carvi** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 248.
var. alba Trautv. floribus albis.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).
var. rosea Trautv. Pl. Radd. IV. 2. p. 372.
In Daghestania: in monte Ssalatau (Seidl.), prope pagum Kurusch (Beck.).

354. **Chamaesciadium flavescens** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 253. — *Cham. acaule* Boiss. Fl. or. II. p. 860.
In monte Schalbus Dagh (Beck.).

355. **Scaligera rotundifolia** Boiss. Fl. or. II. p. 876. — *Pimpinella rotundifolia* M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 254.
Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

356. **Pimpinella magna** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 254.
var. rosea Stev. — Ledeb. l. c. — *P. rhodantha* Boiss. Fl. or. II. p. 874.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

357. **Berula angustifolia** G. Koch. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 258.
Prope Lenkoran (Radde).

358. **Bupleurum Gerardi** Jacq. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 262.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

359. **Bupleurum rotundifolium** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 263.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in valle Ambarani districtus Ardebil Persiae (Radde).

360. **Bupleurum exaltatum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 266. — *B. baldense* Host. — Boiss. Fl. or. II. p. 848.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

361. **Bupleurum falcatum** L. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 141.
var. latifolia Trautv. l. c.
Chunsoch Daghestaniae (Seidl.).
Seidlitz tantum specimen pygmaeum, vix 3½ centim. altum misit.
var. oblongifolia Trautv. l. c.
In Daghestania: Chunsoch (Seidl.), in monte Schalbus Dagh (Beck.).

362. **Oenanthe fistulosa** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 268.
Prope Lenkoran (Radde).

363. **Oenanthe silaifolia** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 269.
Prope Lenkoran (Radde).

364. **Cnidium carvifolium** M. a. Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 284. — *Carum caucasicum* Boiss. Fl. or. II. p. 880.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

365. **Peucedanum ruthenicum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 309.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

366. **Pastinaca armena** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 319. — Boiss. Fl. or. II. p. 1061.
Prope pagum Kurusch Daghestaniae (Beck.).

367. **Zosimia absinthifolia** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 329.
Prope Achty Daghestaniae et in vicinia oppidi Baku (Beck.).

368. **Daucus pulcherrimus** G. Koch. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 338.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

369. **Caucalis daucoides** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 341.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

370. **Turgenia latifolia** Hoffm. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 342.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

371. **Torilis helvetica** Gmel. — Trautv. Observ. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 33.
var. pauciradiata Trautv. l. c.
Prope Lenkoran (Radde).

372. **Scandix pinnatifida** Vent. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 345.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

373. **Anthriscus sylvestris** Hoffm. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 437.
var. nemorosa Trautv. l. c. — *Anthr. nemorosa* Spr. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 347.
In Daghestania: in monte Ssalatau (Seidl.), prope pagum Kurusch (Beck.).

374. **Chaerophyllum bulbosum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 350.
Prope pagum Kurusch Daghestaniae (Beck.).

375. **Chaerophyllum roseum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 352.
Prope pagum Kurusch Daghestaniae (Beck.).

376. **Cachrys crispa** Pers. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 357. — *Hippomarathrum crispum* C. Koch. — Boiss. Fl. or. II. p. 932.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

377. **Prangos ferulacea** Lindl. — Boiss. Fl. or. II. p. 937. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 540.
var. foeniculacea Trautv. l. c. — *Pr. foeniculacea* C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 358.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).
Planta Raddeana ob folia laevia, glabra ad *var. foeniculaceam* a me relata est. Ejus fructus mihi desunt.

378. **Physospermum aquilegifolium** C. Koch. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 363.
Prope Derbent (Beck.).

379. **Eleutherospermum grandifolium** C. Koch. — Walp. Rep. bot. II. p. 426, V. p. 921. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 364 (errore typographico *Eleuth. grandiflorum*). — *El. cicutarium* Boiss. Fl. or. II. p. 924. — *Smyrnium cicutarium* M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 363.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde), prope pagum Kurusch Daghestaniae (Beck.).
Nomen a Kochio impositum veterius Boissieriano ideoque servandum est.

380. **Cymbocarpum anethoides** Dec. (non C. A. Mey.). — Boiss. Fl. or. II. p. 1028.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

LX. Hamamelideae R. Br.

381. **Parrotia persica** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 376.
Prope pagum Waraul districtus Talysch (Radde).

XLI. Caprifoliaceae Dec.

382. **Sambucus nigra** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 383.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

383. **Lonicera iberica** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 391. — Boiss. Fl. or. III. p. 6.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

XLII. Rubiaceae Juss.

384. **Asperula arvensis** L. — Richt. Cod. Linn. p. 116. n. 848.
var. vulgaris Trautv. corollis involucro plerumque manifeste brevioribus, rarius hoc subaequantibus. — *Asperula arvensis* autor. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 397.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).
Forma corollae tubo ejus limbum tantummodo parum superante (Boiss. Fl. or. III. p. 30) mihi nunquam obviam facta est. *Asp.*

arvensem caucasicam omnem ad *Asp. azuream* Jaub. et Spach pertinere perhibet Regel in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 612.

var. ambigua Trautv. corollis involucro circiter sesqui longioribus.

Ad fl. Aragua (Lagowski in herb. Trautv.), prope Achty Daghestaniae (Beck.).

var. orientalis Trautv. corollis involucrum bis superantibus. — *Asp. orientalis* Boiss. et Hohen. in Boiss. Fl. or. III. p. 31. — *Asp. azurea* Jaub. et Spach. — Walp. Repert. VI. p. 24. — Regel Gartenfl. 1866. Novb. tab. 523; Ind. sem. Hort. Petr. 1866. p. 92 (*var. setosa* Regel).

Prope Borshom Transcaucasiae (Radde a. 1865 et 1867).

Corollae longitudo hac in specie admodum variat, perinde atque in *Asp. cynanchica* L.

385. **Asperula cynanchica** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 398.

var. supina Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 541. — *Asp. supina* M. a Bieb. Fl. taur. cauc. I. p. 101, III. p. 103.

In montibus Bescho Daghestaniae (Seidl.).

386. **Asperula trichodes** J. Gay. — Boiss. Fl. or. III. p. 34. — *Leptunis tenuis* Stev. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1856. IV. p. 366.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

387. **Asperula odorata** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 400.

Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

388. **Asperula humifusa** Bess. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 401. — Boiss. Fl. or. III. p. 44.

var. hirtula Trautv. herba tota, corolla et ovario dense aspero-hirtulis.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

Planta Raddeana a speciei forma vulgari non differt, nisi totius superficiei indumento denso.

389. **Asperula glomerata** Griseb. — Boiss. Fl. or. III. p. 28. — *Crucianella glomerata* M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 404.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

390. **Asperula ciliaris** Dec. Prodr. IV. p. 582 (sec. Boiss.). — *Asp. stylosa* Boiss. Fl. or. III. p. 27. — *Crucianella stylosa* Trin. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 403.

In insula Ssari maris caspii et prope Lenkoran (Radde).

Nomen veterius Candollei servandum esse censeo.

391. **Crucianella exasperata** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 403. — Boiss. Fl. or. III. p. 22.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

392. **Crucianella glauca** A. Rich. — Boiss. Fl. or. III. p. 24.

var. laxiflora Boiss. l. c. p. 25. — *Cr. ghilanica* Trin. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 403.

In faucibus Täng districtus Talysch et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

393. **Rubia tinctorum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 405.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

394. **Galium hyrcanicum** C. A. Mey. — Boiss. Fl. or. III. p. 51.

var. puberula Trautv. caule foliisque magis minusve aspero-puberulis.

In districtu Talysch: in monte Küs-jurdi et in pylis Barnasar (Radde).

Speciei hujus exemplaria indumento prorsus carentia, in Transcaucasia non raro obvia, mihi *var. glabram* sistunt.

395. **Galium grusinum** Trautv. (*Leiogalia* Boiss. Fl. or. III. p. 47) suffruticosum, glaucescens, caulibus hornotinis adscendentibus, sat humilibus, tenuibus, subsimplicibus, dense aspero-puberulis; foliis senis, anguste linearibus, acutis, uninerviis, utrinque dense aspero-

puberulis ; panicula terminali, subelongata, angusta, e corymbis remotis, paucifloris, breviter pedunculatis, axi centrali magis minusve adpressis composita ; pedicellis erecto-patulis, flores subaequantibus vel eos superantibus ; corollae glaberrimae, (exsiccatae) albae, sat magnae laciniis muticis ; ovariis glaberrimis, laevibus.

Prope Tiflis et Kodshori (M. N. Smirnow).

Planta haec basi lignescens et ramosissima. Caules hornotini numerosi, interdum ad 24 centim. longi, plerumque autem breviores. Folia circiter 1 centim. longa, ob marginem involutum tantum ½ millim. lata. Panicula e corymbis dissitis, sub angulo acuto patentibus vel superioribus axi communi adpressis conflata. Corymborum pedunculi folia aequantes vel bis superantes. Pedicelli florum alarium raro ad 4 millim. longi, plerumque autem multo breviores, erecti vel erecto-patuli, recti. Corollae laciniae oblongae, 1½ millim. longae. — Species inter nostrates *Gal. hyrcanico* C. A. Mey. proxime affinis, tamen foliis multo angustioribus et panicula angusta, longiuscula ab hoc haud parum recedit. Neque in *Galii mitis* Boiss. et Hohen. vel *G. leiophylli* Boiss. exemplaria, quae in herbario Horti Petropolitani vidi, planta Smirnowiana quadrat.

396. **Galium Mollugo** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 407.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

397. **Galium palustre** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 408. — *G. saturejaefolium* Trevir. — Ledeb. l. c. II. p. 409.
Prope Lenkoran (Radde).
Specimina Raddeana cum *G. saturejaefolii* Trevir. speciminibus Meyerianis et Hohenackerianis ad amussim consentiunt, simul autem a *G. palustris* L. speciminibus luxuriantibus, quae in Rossia lecta possideo, ne minime quidem differunt.

398. **Galium rubioides** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 410.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

399. **Galium boreale** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 412.
In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.).

400. **Galium brachyphyllum** R. et Sch. — Boiss. Fl. or. III. p. 54.
In Daghestania : prope Achty (Beck.), in monte Ssalatau (Seidl.).

401. **Galium verum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 414.
var. trachycarpa Dec. Prodr. IV. p. 603.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).
var. tomentosa C. A. Mey. En. casp. cauc. p. 54 caulibus elongatis, dense aspero-pubescentibus; foliis margine revolutis, dense pubescenti-asperis, canescentibus, solito multo brevioribus ; ovariis dense tomentoso-pubescentibus ; corollis luteis.
In districtu Talysch : in pylis Barnasar et in faucibus Täng (Radde).
Varietatis tomentosae specimina originaria Meyeriana, quae in herbario Academiae scientiarum Petropolitanae vidi, cum Raddeanis prorsus consentiunt ; herbae ovariique indumento multo densiore et foliis abbreviatis a speciei formis vulgaribus recedunt.

402. **Galium Cruciata** Scop. — Trautv. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 542, IV. 1. p. 144.
var. humifusa Trautv. l. c. II. 2. p. 542.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.).
var. chersonensis Trautv. l. c. IV. 1. p. 144.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in monte Schindan Kala districtus Talysch (Radde).

403. **Galium articulatum** R. et Sch. — Boiss. Fl. or. III. p. 81.
In districtu Talysch : in pylis Barnasar et prope pagum Lyrik (Radde).

404. **Galium tenuissimum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 418.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.); in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

405. **Galium parisiense** L. — Boiss. Fl. or. III. p. 72. — *G. anglicum* Huds. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 419.
In monte Schindan Kala districtus Talysch et prope Astara (Radde).
Planta Raddeana cum *G. anglici* speciminibus in herbario Ledebouriano asservatis prorsus consentit.

406. **Galium Aparine** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 419.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

407. **Galium verticillatum** Danth. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 421.
Prope Tiflis (M. N. Smirnow).

408. **Callipeltis Cucullaria** Stev. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 422.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

XLIII. **Valerianeae** Dec.

409. **Valerianella uncinata** Dufr. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 429.
Prope Tiflis (M. N. Smirnow), prope Achty Daghestaniae (Beck.), prope Baku (Beck.) et in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

410. **Valerianella sclerocarpa** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 430.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

411. **Valerianella Morisonii** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 431.
var. dasycarpa Trautv. in Radde Ber. Jahrg. I. 1866. p. 150, 162. — *V. Morisonii var. lasiocarpa* Boiss. Fl. or. III. p. 105 (1875).
Prope Tiflis (M. N. Smirn.).

412. **Valerianella pumila** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 432 (excl. *Fedia lasiocarpa* Stev.). — *V. tridentata* Boiss. Fl. or. III. p. 109. — *Fedia tridentata* M. a Bieb. Fl. taur. cauc. III. p. 29.
Prope Baku (Beck.).
Fructus in planta Beckeriana sub lente brevissime et adpresse puberuli, caeterum speciei hujus characteri prorsus respondent et loculos steriles fertili ampliores ostendunt.

413. **Valeriana alpestris** Steven — Boiss. Fl. or. III. p. 86. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 374.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

414. **Valeriana leucophaea** Dec. — Boiss. Fl. or. III. p. 91. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 440.
In montibus Sawalan Persiae (Radde), prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

415. **Valeriana sisymbriifolia** Desf. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 437.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

416. **Valeriana officinalis** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 438.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

XLIV. **Dipsaceae** Dec.

417. **Dipsacus pilosus** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 445. — Maxim. Fragm. fl. As. or. p. 27.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

418. **Cephalaria tatarica** Schrad. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 447.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

419. **Knautia montana** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 451.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

420. **Scabiosa caucasica** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 452. — Boiss. Fl. or. III. p. 136.
var. connata Ledeb. l. c.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).
var. heterophylla Ledeb. l. c.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

421. **Scabiosa rotata** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 454. — Boiss. Fl. or. III. p. 145.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

XLV. **Compositae** Adans.

422. **Eupatorium cannabinum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 465.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

423. **Aster alpinus** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 472.
In Daghestania: in montibus Ssalatau (Seidl.) et Schalbus Dagh (Beck.).

424. **Erigeron acer** L. — Trautv. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. II. p. 339.
var. asteroides Trautv. l. c.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

425. **Erigeron alpinus** L. — Trautv. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. II. p. 340.
var. monocephala Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 147.
In pylis inter Tindi et Chuarschi Daghestaniae sitis (Seidl.).
var. pulchella Trautv. Pl. Sib. bor. in Act. Hort. Petr. IV. p. 68. — *Er. pulchellus* Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 486.
In Daghestania: in monte Botschoch (Seidl.) nec non in monte Schalbus Dagh (Beck.).
Specimina Seidlitziana radio albo, Beckeriana radio roseo gaudent; illa aeque atque haec in *var. eriocalycem* (*Er. uniflorum* Ledeb. Fl. ross. II. p. 490) manifeste abeunt.

426. **Solidago Virga aurea** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 493.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

427. **Micropus erectus** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 500.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

428. **Inula Conyza** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 501.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

429. **Inula Oculus Christi** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 502.
In vicinia custodiae Germisch districtus Talysch (Radde).

430. **Inula salicina** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 504.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

431. **Inula glandulosa** W. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 507.
In monte Schalbus Dagh (Beck.).

432. **Anthemis Marschalliana** W. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 520.
var. Rudolphiana Trautv. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 148.
In Daghestania: in pylis inter Tindi et Chuarschi (Seidl.) et in monte Schalbus Dagh (Beck.).

433. **Anthemis fruticulosa** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 521.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).
Foliorum laciniae haud raro apice manifeste mucronulatae.

434. **Anthemis candidissima** W. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 523.
var. epapposa Trautv. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 16.
Prope Tiflis (M. N. Smirnow).
var. intermedia Trautv. l. c.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

435. **Anthemis tinctoria** L. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 377.
var. Triumfetti Neilr. — Trautv. l. c.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde) nec non in districtu Talysch: prope custodiam Germisch et in monte Küs-jurdi (Radde).

436. **Ptarmica grandiflora** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 531.
In monte Alachun Dagh (Beck.).
Biebersteinium et Candolleum secutus plantam Beckerianam ob receptaculi squamas apice bifidas ad *Pt. grandiflora* Dec. retuli, quam tamen a *Pt. vulgari* Dec., cui simillima est, specifice differre non puto.

437. **Achillea Millefolium** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 531.
var. vulgaris Trautv. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. II. p. 345.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

438. **Achillea setacea** Waldst. et Kit. — Boiss. Fl. or. III. p. 256. — *Ach. Millefolii var. setacea* Koch. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 532.

Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

Specimina haec Raddeana ob radium ochroleucum vel pallide sulphureum ad hanc speciem, nec ad *Ach. micrantham* M. a Bieb. pertinere autumo.

439. **Achillea micrantha** M. a Bieb. Fl. taur. cauc. II. p. 336, III. p. 584. — Boiss. Fl. or. III. p. 264. — *Ach. pubescens* Ledeb. Fl. ross. II. p. 537.

Prope Lyrik districtus Talysch et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

440. **Achillea Santolina** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 539.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

441. **Achillea vermicularis** Trin. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 539.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

442. **Matricaria Chamomilla** L. — Boiss. Fl. or. III. p. 333.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), prope pagum Waraul districtus Talysch (Radde) et in insula Ssari maris caspii (Radde).

443. **Chamaemelum disciforme** Vis. — Boiss. Fl. or. III. p. 327. — *Matricaria disciformis* Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 544.

Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

444. **Chamaemelum inodorum** Vis. — Boiss. Fl. or. III. p. 327. — *Matricaria inodora* L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 545.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

445. **Chamaemelum caucasicum** Boiss. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 378.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck).

Planta Beckeriana speciei formam caule humiliore, simplici, monocephalo excellentem sistit.

446. **Pyrethrum roseum** M. a Bieb. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 443.

var. Adami Trautv. l. c.

In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.).

var. carnea Trautv. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

447. **Pyrethrum parthenifolium** W. — Boiss. Fl. or. III. p. 344.

var. pulverulenta M. a Bieb. Fl. taur. cauc. III. p. 579.

Prope pagum Lyrik districtus Talysch et in montibus Ssawalan Persiae (Radde).

448. **Pyrethrum leptophyllum** Stev. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 150.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

449. **Pyrethrum myriophyllum** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 554.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

450. **Artemisia vulgaris** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 585.

var. vulgatissima Bess. — Dec. Prodr. VI. p. 113.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

451. **Artemisia caucasica** W. — Boiss. Fl. or. III. p. 374. — *Art. lanata* Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 596.

Prope Tiflis (M. N. Smirnow), prope Achty Daghestaniae (Beck.).

452. **Helichrysum arenarium** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 607.

var. aurantiaca Dec. — Trautv. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 23.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

453. **Gnaphalium supinum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 610.

In pylis inter Tindi et Chuarschi Daghestaniae (Seidl.).

454. **Antennaria dioica** Gärtn. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 612.

In Daghestania: in montium jugo Bescho nec non in pylis inter Tindi et Chuarschi (Seidl.).

455. **Filago arvensis** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 617.
In montium jugo Bescho Daghestaniae (Seidl.) nec non in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

456. **Doronicum macrophyllum** Fisch. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 625.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

457. **Doronicum oblongifolium** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 625. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 379.
var. typica Trautv. l. c.
In montium jugo Bescho Daghestaniae, inter Kituri et Kidero (Seidl.).

458. **Senecio vernalis** L. — Boiss. Fl. or. III. p. 389.
Prope Baku (Beck.) nec non in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

459. **Senecio pedunculosus** Trautv. in Act. Hort. Petr. III. 2. p. 277.
Prope Borshom (M. N. Smirnow).
Specimina a Smirnow prope Borshom reperta cum planta homonyma in montibus Palanteken a Radde detecta prorsus consentiunt. Flores disci 4-dentati, aeque atque in *Sen. taraxacifolio* M. a Bieb. Pappus niveo-albus.

460. **Senecio caucasicus** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 632.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

461. **Senecio lampsanoides** Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 633.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

462. **Senecio Othonnae** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 637.
In vicinia custodiae Germisch districtus Talysch (Radde).

463. **Senecio orientalis** W. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 642.
Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

464. **Senecio campester** Dec. — Maxim. in Mél. biol. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. p. 15.

var. longifolia Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 445.
In Daghestania: in monte Ssalatau (Seidl.) et in monte Schalbus Dagh (Beck.).
var. flosculosa Trautv. Fl. terr. Tschuktsch. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 25.
In montium jugo Bescho Daghestaniae (Seidl.).
Var. flosculosa calathidiis eradiatis, periclinio colorato nec non ovario glabro excellit et a *S. campestris var. fulva* Trautv. (*S. aurantiaci var. capitata* Dec.) solummodo postremo charactere, scilicet ovario glabro (non puberulo), abhorret.

465. **Xeranthemum annuum** L. — Fisch. et Mey. in Nouv. Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. IV. p. 335. — *X. radiatum* Lam. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 658.
In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

466. **Amberboa moschata** Dec. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 445.
var. glauca Trautv. l. c. p. 446.
Prope pagum Achty Daghestaniae (Beck.).

467. **Centaurea pulchella** Ledeb. Fl. ross. II. p. 685.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

468. **Centaurea macrocephala** Muss. Puschk. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 688.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

469. **Centaurea trichocephala** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 692.
var. latifolia Fisch. et Mey. Ind. VIII. sem. Hort. Petr. p. 54. — Ledeb. l. c.
Prope Lenkoran (Radde).

470. **Centaurea phrygia** L. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 446.

var. austriaca Fries. — Trautv. l. c.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

471. **Centaurea hymenolepis** Trautv. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 156.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

E speciminibus anno 1880 lectis elucet caulem rarius ramo solitario, elongato, monocephalo instructum esse.

472. **Centaurea dealbata** W. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 695.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde) et in montibus Sawalan Persiae (Radde).

473. **Centaurea integrifolia** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 697.

In districtu Talysch: prope pagos Mistan et Lyrik nec non in faucibus Täng (Radde).

474. **Centaurea depressa** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 698.

Prope pagum Lyrik districtus Talysch et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

475. **Centaurea montana** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 699. — *C. axillaris* Boiss. Fl. or. II. p. 636.

var. purpurascens Dec. — Ledeb. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

var. albida Dec. — Ledeb. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in montibus Sawalan Persiae (Radde).

476. **Centaurea amblyolepis** Ledeb. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 156; Pl. casp. cauc. l. c. V. 2. p. 447.

var. daghestanica Trautv. l. c.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

477. **Centaurea ovina** Pall. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 704.

Prope pagum Mistan districtus Talysch (Radde).

478. **Centaurea sessilis** L. — Boiss. Fl. or. III. p. 676. — *C. rhizantha* C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 710.

Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

479. **Carduus poliochrous** Trautv. Stirp. nov. descr. in Act. Hort. Petr. III. 2. p. 272.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

480. **Carduus pycnocephalus** Jacq. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 448.

var. albida Boiss. — Trautv. l. c.

Prope Baku (Beck.).

481. **Cirsium Cosmelii** Fisch. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 730.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

482. **Cirsium obvallatum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 744.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

483. **Chamaepeuce sinuata** Trautv. Stirp. nov. descr. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 477. — *Cirsium sinuatum* Boiss. Fl. or. III. p. 546.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

484. **Echenais carlinoides** Cass. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 747.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

485. **Serratula caucasica** Boiss. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 449.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

486. **Jurinea arachnoidea** Bge. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 449.

var. genuina Trautv. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

487. **Jurinea depressa** C. A. Mey. — Boiss. Fl. or. III. p. 583. — *Serratula depressa* Stev. in Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. IV. p. 101.

var. Biebersteiniana Trautv. — *J. depressa* Ledeb. Fl. ross. II. p. 767. — Trautv. Enum. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 557. — *Serratula depressa* M. a Bieb. Fl. taur. cauc. III. p. 548.

In montibus Sawalan Persiae (Radde).

Planta Raddeana inter *Jur. depressam* C. A. Mey. et *Jur. subacaulem* Fisch. et Mey. (*Jur. depressae var. subacaulem* Trautv.) quodammodo media est, lobum enim foliorum radicalium terminalem lateralibus tantum paullo majorem ostendit.

488. **Lampsana intermedia** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 771.

Prope Migrach Daghestaniae (Beck.), prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde) nec non prope Astara (Radde).

489. **Kölpinia linearis** Pall. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 772.

Prope Baku (Beck.).

490. **Leontodon hispidus** L. — Trautv. Enum. pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 558.

var. vulgaris Aschers. — Trautv. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

491. **Podospermum canum** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 782. — *Scorzonera Jacquiniana* Boiss. Fl. or. III. p. 757.

In districtu Talysch: in faucibus Täng et in monte Küs-jurdi (Radde).

492. **Tragopogon coloratus** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 785.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

493. **Tragopogon brevirostris** Dec. — Trautv. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 160, V. 2. p. 450.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

494. **Tragopogon pusillus** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 789. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 385.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.), in montibus Sawalan Persiae (Radde).

495. **Scorzonera hispanica** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 794.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

496. **Scorzonera stricta** Hornem. — Boiss. Fl. or. III. p. 768. — *Sc. Marschalliana* C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 795.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

497. **Scorzonera eriosperma** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 796.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

498. **Asterothrix asperrima** Cass. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 798. — *Leontodon asperrimum* Boiss. Fl. or. III. p. 732.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

499. **Taraxacum vulgare** Schrank. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 451.

var. genuina Aschers. — Trautv. l. c.

In monte Schindankala districtus Talysch (Radde).

var. corniculata Trautv. l. c. — *T. corniculatum* Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 813.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

var. caucasica Trautv. periclinii squamis viridi-glaucis, ecorniculatis, exterioribus ovato-lanceolatis, patulis vel adpressis. — *T. caucasicum* Ledeb. Fl. ross. II. p. 813.

In pylis inter Tindi et Chuarschi Daghestaniae (Seidl.).

Planta haec Seidlitziana sat dense villosa ob nimiam juventutem accurate determinari nequitur ideoque, quod ad varietatem attinet, mihi quadammodo dubia. *Var. caucasicae* characterem ad specimina alia erui.

500. **Taraxacum crepidiforme** Dec. Prodr. VII. 1. p. 149. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 560.

var. brevi-involucrata Trautv. periclinii squamis exterioribus solito brevioribus et angustius scarioso-marginatis.

In montibus Sawalan Persiae (Radde).

Specimina haec persica periclinii structura a speciei *var. typica* Trautv. paullum abhorrent et ad *Tar. vulgaris* Schrank formas quasdam vergunt, ob achaenia brevissime rostrata autem procul dubio ad *Tar. crepidiforme* Dec. pertinent.

501. **Barkhausia Marschallii** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 818. — *Crepis Marschallii* Boiss. Fl. or. III. p. 854.
Prope Derbent (Beck.), prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

502. **Barkhausia foetida** Dec. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 161.
var. typica Trautv. l. c. — *B. foetida* Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 820.
Prope Derbent (Beck.).

502*. **Crepis pulchra** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 820.
Prope Derbent (Beck.).

503. **Crepis parviflora** Dec. — C. A. Mey. Kl. Beitr. p. 11.
var. trichocephala C. A. Mey. l. c.
Prope Derbent (Beck.).

504. **Crepis sonchifolia** L. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 162. — *Hieracium sonchifolium* M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 851.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

505. **Pterotheca obovata** Boiss. Diagn. pl. or. Ser. II. 3. p. 98. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 452. — *Pt. bifida* Fisch. et Mey. — Trautv. Observ. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 28.
var. typica Trautv. — *Pt. bifidae var. typica* Trautv. l. c.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).
var. calyculosa Trautv. — *Pt. bifidae var. calyculosa* Trautv. l. c.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

506. **Picridium dichotomum** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 832.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

507. **Mulgedium albanum** Dec. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 386.
var. glaberrima Trautv. l. c.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).
var. setulosa Trautv. l. c.
Cum var. antecedente.

508. **Mulgedium macrophyllum** W. — Boiss. Fl. or. III. p. 799.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

509. **Hieracium bifurcum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 847. — *H. pilosello-echioides* Schultz Bip. — Boiss. Fl. or. III. p. 866.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

510. **Hieracium echioides** Lumn. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 849.
var. setigera G. Koch Syn. fl. germ. p. 514.
In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

511. **Hieracium umbellatum** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 855.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

XLVI. Campanulaceae Dec. et Duby.

512. **Phyteuma pulchellum** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 873. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 50.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

513. **Phyteuma campanuloides** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 874. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 51.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

514. **Campanula tridentata** L. — Trautv. Camp. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 57.

var. ciliata Trautv. l. c. p. 58. — *C. ciliata* Stev. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 876.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

var. pubiflora Trautv. l. c. p. 59.

In pylis inter Tindi et Chuarschi Daghestaniae (Seidl.).

In planta hac Seidlitziana corolla dense pubescens, subtomentosa.

515. **Campanula sarmatica** Ker. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 878. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 66.

var. subtomentosa Trautv. l. c. p. 67.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

516. **Campanula alliariaefolia** W. — Trautv. Camp. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 67. — *C. lamiifolia* Adam. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 878.

var. cordata Trautv. l. c.

In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.).

517. **Campanula collina** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 884. — Trautv. Camp. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 65.

var. eriocalyx Trautv. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

var. leiocalyx Trautv. l. c.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

518. **Campanula Bayerniana** Rupr. — Trautv. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 563, VI. 1. p. 66.

var. andina Trautv. l. c.

In montibus Sawalan Persiae (Radde).

519. **Campanula sibirica** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 879. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 61.

var. Hohenackeriana Trautv. l. c. p. 62.

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Radde).

520. **Campanula glomerata** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 880. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 68.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

521. **Campanula latifolia** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 882. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 72.

var. leiocarpa Trautv. l. c.

Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

522. **Campanula rapunculoides** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 883. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 75.

var. trachelioides A. Dec. — Trautv. l. c.

In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

523. **Campanula simplex** Stev. — Trautv. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 84.

var. Stevenii Trautv. l. c. — *C. Stevenii* M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 886.

Prope Kurusch et in monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde), in montibus Sawalan Persiae (Radde).

524. **Campanula Rapunculus** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 887. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 89.

In faucibus Täng districtus Talysch, in insula Ssari maris caspii et prope Lenkoran (Radde).

525. **Symphyandra armena** A. Dec. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 896. — Trautv. Campan. in Act. Hort. Petr. VI. 1. p. 95.

In faucibus Täng districtus Talysch (Radde).

XLVII. Vaccinieae Dec.

526. **Vaccinium Myrtillus** L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 902.

In montium jugo Bescho Daghestaniae (Seidl.).

XLVIII. **Ericaceae** Lindl.

527. **Rhododendron caucasicum** Pall. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 920.

In montium jugo Bescho Daghestaniae (Seidl.).

528. **Rhododendron flavum** Don. — Boiss. Fl. or. III. p. 972. — *Azalea pontica* L. — Ledeb. Fl. ross. II. p. 919.

Supra Kubatschi Daghestaniae (Seidl.).

XLIX. **Primulaceae** Vent.

529. **Primula veris** L. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 391.

var. typica Trautv. l. c.

Prope Geniat (Dido) Daghestaniae (Seidl.), in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

530. **Primula elatior** Jacq. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 9.

var. amoena Ledeb. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

Variat foliis subtus nunc dense nunc parce tomentoso-puberulis indeque subtus vel canescentibus vel viridulis. Flores in planta Beckeriana flavi.

531. **Primula auriculata** Lam. — Rupr. in Mél. biol. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IV. p. 290. — Regel in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 128, 145.

In montibus Sawalan Persiae (Radde).

532. **Primula luteola** Rupr. in Mél. biol. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IV. p. 298. — Boiss. Fl. or. IV. p. 29. — Regel in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 128, 144. — Trautv. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 456.

Botschoch Daghestaniae (Seidl.).

533. **Primula farinifolia** Rupr. in Mél. biol. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IV. p. 303. — Boiss. Fl. or. IV. p. 29. — Regel in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 128, 143. — Trautv. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 456.

Supra pagum Schütl (6000' s. m.) Daghestaniae (Seidl.).

Planta Seidlitziana florens a speciminibus fructiferis Raddeanis in Chevsuria lectis non recedit nisi statura minore, involucri foliolis et perianthio magis minusve farinosis nec non perianthii dentibus minus acutis. Et in illa et in his folia juventute subtus dense farinosa, serius parcius farinosa vel farina prorsus orbata.

534. **Primula farinosa** L. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 391.

var. armena C. Koch. — Trautv. l. c. — *Pr. farinosae var. luteo-farinosa* Regel in Act. Hort. Petr. III. 1. p. 141.

In Daghestania: Schalbus Dagh (Beck.), Bescho, Chunsoch et Ssalatau (Seidl.).

var. algida Trautv. l. c. — *Pr. algida* Regel l. c. p. 129, 146.

In montium jugo Bescho Daghestaniae (Seidl.).

535. **Androsace villosa** L. — W. Koch Deutschl. Fl. II. p. 99.

var. typica Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. IV. p. 409. — *Andr. villosa* W. Koch Syn. fl. germ. (ed. II) p. 671. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 17.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde), in montibus Schalbus Dagh (Beck.) et Ssalatau (Seidl.) Daghestaniae, nec non in montibus Sawalan Persiae (Radde).

var. latifolia Bunge in Ledeb. Fl. alt. I. p. 218. — *Andr. Chamaejasme* Host. — W. Koch Syn. fl. germ. (ed. II) p. 671. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 18.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

Var. latifoliae Bge. specimina in monte Schalbus Dagh lecta, aeque atque *var. typicae* specimina in montibus Sawalan reperta, corolla dilutius vel saturatius rosea, *var. typicae* exemplaria reliqua autem corolla alba gaudent.

536. **Androsace maxima** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 20.
In monte Küs-jurdi et prope pagum Mistan districtus Talysch (Radde).

537. **Glaux maritima** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 23.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

538. **Anagallis arvensis** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 29.
var. phoenicea Ledeb. l. c.
In insula Ssari maris caspii et prope Lenkoran (Radde).

L. Ebenaceae Vent.

539. **Diospyros Lotus** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 35.
Prope pagum Waraul districtus Talysch (Radde).

LI. Apocynaceae Lindl.

540. **Vinca herbacea** Waldst. et Kit. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 42.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

LII. Asclepiadeae R. Br.

541. **Periploca graeca** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 44.
In insula Ssari maris caspii et prope Lenkoran (Radde).
Folia non raro acuta, immo longe acuminata. Cymae plerumque in ramulis foliatis terminales; haud raro tamen ex ipso apice ramulorum foliatorum non solum cyma oritur, verum etiam ramulus novellus, foliatus, cymam superans, unde cyma quasi axillaris evadit.

542. **Vincetoxicum medium** Decsne. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 45. — Trautv. Observ. in Act. Hort. Petr. I. 1. p. 33.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), nec non prope pagos Lyrik et Mistan districtus Talysch (Radde).

Species haec admodum variat caule altiore vel humiliore (suppetunt mihi specimina florentia tantum 16 centim. alta), subvolubili vel recto, bifariam vel circumcirca puberulo, foliis angustioribus vel latioribus (suborbiculatis), basi rotundatis vel profunde cordatis, apice acutis vel longe acuminatis, subsessilibus vel sat longe petiolatis e. s. p.

LIII. Gentianaceae Lindl.

543. **Erythraea Centaurium** Pers. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 49.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

544. **Gentiana caucasica** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 54.
var. coerulescens Trautv. corollae limbo pallide vel saturate coeruleo (violaceo).
In monte Schalbus Dagh et prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).
var. flavescens Trautv. corolla tota flavescente.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).
Var. flavescens non nisi corollae colore a *var. coerulescente* recedit. Eandem *var. flavescentem*, quantum e speciminibus siccis judicare licet, Dr. Lagowski in Abchasia legit.

545. **Gentiana verna** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 60.
var. alata Griseb. — Ledeb. l. c.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

546. **Gentiana pyrenaica** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 61.
In montium jugo Bescho Daghestaniae (Seidl.).

547. **Gentiana septemfida** Pall. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 67.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde) et prope Dshek Daghestaniae (Seidl.).

548. **Gentiana cruciata** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 69.
Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

LIV. Convolvulaceae Vent.

549. **Convolvulus Cantabrica** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 89.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

550. **Convolvulus lineatus** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 90.
In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.) nec non in pylis Barnasar et prope pagum Mistan districtus Talysch (Radde).

551. **Convolvulus arvensis** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 91.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

LV. Borragineae Juss.

552. **Tournefortia Arguzia** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 97.
In insula Ssari maris caspii (Radde).

553. **Heliotropium Eichwaldii** Steud. — Boiss. Fl. or. IV. p. 131. — *H. ellipticum* Ledeb. Fl. ross. III. p. 100.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.) et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).
Speciem hanc saltem cum formis in Rossia obviis, quas pro *H. europaeo* L. autores habent, utique conjungendam esse opinor.

554. **Heliotropium styligerum** Trautv. annuum, pallide virens, pilis brevibus, adpressis, basi tuberculatis asperulum; caule erecto, ramoso; foliis ovato-ellipticis vel ovato-oblongis, petiolatis, basi cuneatis, apice obtusis vel acutiusculis; spicis confertifloris, conjugatis, ebracteatis; perianthii sessilis, persistentis, accrescentis laciniis lineari-lanceolatis, sub maturitate campanulato-conniventibus, nuculas longe superantibus; corollae infundibuliformis tubo extus pubescente, limbum planiusculum superante, perianthium aequante; limbi corollini lobis aestivatione imbricatis, orbiculatis, obtusis, dentibus intercalaribus minimis vel obsoletis, fauce glabra; antheris infra medium tubi insertis; stylo puberulo, stigma conicum, glabrum subaequante; nuculis 4, deciduis, glabris, minutissime verruculosis.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).
Species *H. europaeo* L. et *H. Eichwaldii* Steud. omni ratione simillimum, perianthii tamen laciniis et corollae tubo longioribus, fructibus majoribus, imprimis autem stylo manifesto, fere longitudine stigmatis, haud aegre distinguenda; in *H. europaeo* L. et *H. Eichwaldii* Steud. enim stigma sessile apici fructus insidet. *H. dissitiflorum* Boiss. e descriptione autoris speciei habitu longe alio ab *H. styligero* recedere videtur.

555. **Cerinthe alpina** Kit. — Koch Deutschl. Fl. II. p. 83. — Boiss. Fl. or. IV. p. 149.
In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).
Planta Beckeriana in *C. alpinae* Kit. specimina, in montium jugo Stockhorn lecta, quae in herbario Horti Petropolitani vidi, prorsus quadrat. Corolla siccata flava, ad staminum insertionem violacea.

556. **Echium amoenum** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 105.
In faucibus Täng et prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

557. **Echium italicum** L. — Boiss. Fl. or. IV. p. 205.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

558. **Nonnea lutea** Reichenb. — Boiss. Fl. or. IV. p. 163.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), prope Lenkoran (Radde).

559. **Nonnea alpestris** G. Don. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 108. — Boiss. Fl. or. IV. p. 164.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

560. **Nonnea rosea** Lk. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 109.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).
In collectione Beckeriana plantae hujus specimen tantum unum, idque incompletum et fructibus adhuc immaturis instructum, suppetit, quod tamen ad speciem hanc pertinere autumo.

561. **Nonnea versicolor** Sweet. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 109. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 395.

In Daghestania: in monte Schalbus Dagh et prope Achty (Beck.).

562. **Nonnea picta** Fisch. et Mey. — Boiss. Fl. or. IV. p. 166.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

563. **Nonnea pulla** Dec. — Boiss. Fl. or. IV. p. 166. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 460.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

Planta Beckeriana formam macrocarpam offert, de qua l. s. c. locutus sum. Specimina Raddeana fructibus carent.

564. **Symphytum asperum** M. a Bieb. secundum Lepechin in Nov. Act. Acad. sc. Petr. XIV. 1805. p. 442. tab. 7. — *S. asperrimum* Sims. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 115.

In monte Schindan-Kala districtus Talysch (Radde), in montibus Sawalan Persiae (Radde).

565. **Anchusa italica** Retz. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 119.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

566. **Lycopsis arvensis** L. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 170.

var. micrantha Trautv. l. c. — *L. micrantha* Ledeb. Fl. ross. III. p. 122. — *Anchusa orientalis* Reichenb. — Boiss. Fl. or. IV. p. 161.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

567. **Trigonocaryum prostratum** Trautv. in Act. Hort. Petr. III. 2. p. 279, IV. 2. p. 395, V. 2. p. 460.

Prope Basardjusi nec non inter Sirich et Chrüch Daghestaniae (Beck.).

Caules infrarosulares interdum ad 12 centim. longi, apice vel a medio instructi ramis nonnullis elongatis, ad 6 centim. longis, patentissimis vel divaricatis, apice dense foliifero-floriferis, caeterum nudis, apicem dense foliifero-floriferum ipsius caulis, cui insident, superantibus.

568. **Onosma stellulatum** Waldst. et Kit. — Stev. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1851. II. p. 584, 595. — *On. stellulatum*, *On. rigidum* et *On. giganteum* Ledeb. Fl. ross. III. p. 123, 124.

In Daghestania: in montibus Alachun-Dagh (Beck.) et Ssalatau (Seidl.) nec non prope Achty (Beck.).

569. **Onosma echioides** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 125 (excl. *var. parviflora* Ledeb.). — Boiss. Fl. or. IV. p. 131 (excl. *On. Gmelini* Ledeb.). — *On. echioides* et *On. arenarium* Stev. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1851. II. p. 593.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

570. **Onosma microcarpum** Stev. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1851. II. p. 594. — Trautv. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 569, IV. 2. p. 395, V. 2. p. 461. — *On. microspermum* Stev. — Boiss. Fl. or. IV. p. 191.

In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde), in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

571. **Onosma caspium** Gruner in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1867. IV. p. 441.

Prope Baku (Becker).

Planta Beckeriana procul dubio ad *On. caspium* Grun. pertinet, ejus corolla autem, quantum e speciminibus siccatis cognoscere licet, non constanter coerulea, sed pro aetate nunc ochroleuca nunc coerulea. Caeterum non dijudicatum relinquo, utrum planta haec re vera speciem propriam sistat annon. Boissier (Fl. or. IV. p. 181) eam *On. setoso* Ledeb. subjunxit, cujus autem specimina originaria, anno 1819 Dorpati e seminibus a Blum missis enata, ab *On. echioide* L. non differre puto. Conferas etiam Regel in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. I. p. 76 seq.

572. **Lithospermum arvense** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 129.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

573. **Macrotomia echioides** Boiss. Fl. or. IV. p. 11. — *Arnebia echioides* A. Dec. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 140.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

574. **Myosotis caespitosa** Schultz. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 144.
In insula Ssari maris caspii et prope Lenkoran (Radde).

575. **Myosotis sylvatica** Hoffm. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 145.
In Daghestania: inter Tindi et Chuarschi, in pylis Botschoch et in monte Ssalatau (Seidl.); in districtu Talysch: in monte Schindan-Kala et prope pagum Lyrik (Radde), nec non in Persiae montibus Sawalan (Radde).

M. alpestris Schmidt ex observationibus meis vix digna est, quae tanquam varietas a *M. sylvatica* Hoffm. distinguatur.

576. **Strophiostoma sparsiflorum** Turcz.

var. vulgaris Trautv. flores in caule ramisque inferiores ad foliorum basin solitarii, superiores in racemos terminales, breves, pauciflores, aphyllos et ebracteatos collecti; corollae minutae limbus erectus. — *Myosotis sparsiflora* Ledeb. Fl. ross. III. p. 148. — *Strophiostoma sparsiflorum* Turcz. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1840. II. p. 258.

In monte Ardsewan districtus Tiflis (Lagowski), prope Muri (Radde).

var. propinqua Trautv. flores in caule ramisque omnes in racemos terminales, elongatos, multifloros, aphyllos et ebracteatos collecti; corollae minutae limbus erectus. — *Myosotis propinqua* Boiss. Fl. or. IV. p. 240. — *Strophiostoma propinquum* Rupr. in Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XIV. p. 230.

Prope Kodshori (M. N. Smirn.).

var. Turczaninowiana Trautv. flores in caule ramisque omnes in racemos terminales, elongatos, multifloros, aphyllos et ebracteatos collecti; corollae solito duplo majoris limbus

explanatus. — *Strophiostoma propinquum* Turcz. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1840. II. p. 259.

In monte Schindan-Kala districtus Talysch, prope Lenkoran et in insula Ssari maris caspii (Radde).

577. **Echinospermum Lappula** Lehm. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 461.
var. anisacantha Trautv. l. c. — *Ech. anisacanthum* Turcz. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 156.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

578. **Echinospermum barbatum** Lehm. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 156.
In pylis Barnasar districtus Talysch et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

579. **Echinospermum patulum** Lehm. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 157.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

580. **Echinospermum Vahlianum** Lehm. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 162. — *Ech. spinocarpos* Boiss. Fl. or. IV. (1875) p. 249.
Prope Astrachan, Achty et Baku (Beck.).

581. **Solenanthus Tournefortii** A. Dec. Prodr. X. p. 164.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

In collectione Raddeana tantum specimina 2, florentia, putredine haud parum corrupta et ob fructuum defectum non tute determinanda suppetunt. Caulis cum inflorescentia ad 25 centim. altus, simplex; folia oblonga, utrinque angustata, subtriplinervia, versus caulis apicem valde decrescentia, radicalia deperdita, caulina infima petiolo laminam aequante suffulta, media et suprema sessilia, basi angustata caulem parum amplectentia, vix tamen decurrentia; spicae floriferae brevissimae, densiflorae, in capitulum solitarium, terminale, aphyllum collectae; corolla perianthium parum superans; fornices infra medium corollae inserti; stamina longe exserta, corollam bis superantia. — Planta Raddeana cum *Sol. Tournefortii* Dec. specimine florente (n. 93) a Kotschy a. 1859 in

montibus Kassan Oglu lecto optime consentit. *Sol. conglobatus* Dec. (*Mattiae* spec. Kotschy. 1836. n. 372) fornicibus supra corollae medium insertis recedit, licet Boissier eum *Solenantho Tournefortii* Dec. subjunxerit. Quoque *Sol. dubius* Fisch. et Mey. (1838, — *Sol. Bieberstеinii* Dec. 1846) fornicibus supra medium corollae insertis abhorret, praeterea autem foliis caulinis plerisque longe petiolatis et spicis (vel ramis spicigeris) numerosis, terminalibus axillaribusque paniculam elongatam, foliatam constituentibus.

582. **Caccinia glauca** Savi. — Boiss. Fl. or. IV. p. 277.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

LVI. **Solanaceae** Bartl.

583. **Hyoscyamus reticulatus** L. — Boiss. Fl. or. IV. p. 295. — *H. Camerarii* Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 184.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

584. **Solanum Dulcamara** L. — Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. IV. p. 431.
var. canescens Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 172.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

LVII. **Scrophulariaceae** Lindl.

585. **Verbascum formosum** Fisch. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 172.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.).

586. **Verbascum pyramidatum** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 199.
Prope Manglis gubernii Tiflis et in montibus Sawalan Persiae (Radde).

587. **Verbascum phoeniceum** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 202.
Prope Tiflis (M. N. Smirn.).
Specimina Smirnowiana foliis caulinis solito magis evolutis, sat magnis excellunt.

588. **Celsia Suwarowiana** C. Koch. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 204. — Boiss. Fl. or. IV. p. 357.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

589. **Linaria macroura** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 207.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

590. **Linaria dalmatica** Mill. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 209.
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

591. **Linaria lineolata** Boiss. Fl. or. IV. p. 379. — *L. striata* Ledeb. Fl. ross. III. p. 210 (quoad plantam Hohenackerianam).
In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).
Specimina Raddeana permanca, partim fructibus admodum immaturis, partim floribus nonnullis vel jam demortuis vel adhuc imperfecte evolutis instructa sunt, caeterum cum planta Hohenackeriana e tractu Suant, quam Ledebour pro *L. striata* habet, nec non cum *L. lineolatae* speciminibus originariis persicis (collect. Kotsch. n. 265) optime consentiunt, nisi quod specimina Raddeana flores fere dimidio minores ostendunt. Racemus abbreviatus, densus, glaber. Corolla siccata flava, violaceo-striata.

592. **Linaria simplex** Dec. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 211. — *L. arvensis var. flaviflora* Boiss. Fl. or. IV. p. 375.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

293. **Scrophularia divaricata** Ledeb. Fl. ross. III. p. 216.
Prope pagum Germisch districtus Talysch et in montibus Sawalan Persiae (Radde).

594. **Scrophularia Scopolii** Hoppe. — Boiss. Fl. or. IV. p. 395.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

595. **Scrophularia rupestris** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 221.
In montibus Sawalan Persiae (Radde).

596. **Scrophularia variegata** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 220.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

Species haec inter *Scr. caninam* L. et *Scr. rupestrem* M. a Bieb. media cum his probabiliter conjungenda, aeque ac cum *Scr. canescente* Bong. et *Scr. cretacea* Fisch.

597. **Scrophularia canina** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 221.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar et prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde), nec non in montibus Sawalan Persiae (Radde).

598. **Scrophularia rutaefolia** Boiss. Fl. or. IV. p. 404. — *Scr. lucida* M. a Bieb. (non L.). — Ledeb. Fl. ross. III. p. 220.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

599. **Scrophularia olympica** Boiss. Fl. or. IV. p. 409. — *Scr. pyrrholopha* Boiss. et Kotschy. — Trautv. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 572, IV. 1. p. 173, V. 2. p. 463.

Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

600. **Veronica Anagallis** L. — Trautv. Enum. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. IV. p. 437. — *V. Anagallis*, *V. anagalloides* et *V. tenuis* Ledeb. Fl. ross. III. p. 236—237.

var. typica Trautv. l. c.

Prope Lenkoran (Radde).

var. macra Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. (1873.) p. 574. — *V. Anagallidis var. montioides* Boiss. Fl. or. IV. (1879.) p. 437.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

Var. tenuis Trautv. (*V. tenuis* Ledeb.) a *var. macra* non differt, nisi foliis longioribus, oblongo-lanceolatis. Omnes *V. Anagallidis* varietates parum inter se discrepant et aliae in alias abeunt ideoque nullius momenti sunt.

601. **Veronica Teucrium** L. — Trautv. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. IV. p. 439; Act. Hort. Petr. II. 2. p. 574, IV. 1. p. 173, IV. 2. p. 398. — *V. orientalis*, *V. austriaca*, *V. latifolia* et *V. anisophylla* Ledeb. Fl. ross. III. p. 238, 239, 240.

var. anisophylla Trautv. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 574.

In monte Schindan Kala districtus Talysch (Radde).

var. integerrima Trautv. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 173.

In montibus Sawalan Persiae (Radde).

Folia inferiora non raro pauci-crenato-serrata.

var. multifida Wallr. — Trautv. l. c. IV. 2. p. 398.

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.) nec non in monte Schindan Kala et in pylis Täng districtus Talysch (Radde).

Species haec eximie variat. Formae ejus principales non parum aliae ab aliis abhorrent, neque tamen finibus quibuslibet certis, constantibus circumscriptae sunt, sed e contrario ob formas medias numerosas et saepissime obvias difficillime dispescuntur et dignoscuntur.

602. **Veronica caucasica** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 242.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

603. **Veronica Chamaedrys** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 243.

var. peduncularis Ledeb. l. c. (excl. *V. umbrosa* M. a Bieb.). — *V. peduncularis* M. a Bieb. Fl. taur. cauc. I. p. 11 (excl. *var.* γ.).

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

604. **Veronica petraea** Stev. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 245.

In Daghestania (Beck.).

605. **Veronica telephiifolia** Vahl. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 464.

var. minuta Trautv. l. c. — *V. minuta* C. A. Mey. Enum. pl. cauc. p. 105.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.) nec non in ejusdem districtus loco alio, accuratius non indicato (Seidl.).

Specimina Beckeriana indumento paullo breviore et densiore nec non foliis manifestius pauci-crenatis a varietatis hujus forma vulgari, quam Seidlitz legit, quidpiam recedunt.

606. **Veronica gentianoides** Vahl. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 247.

In Daghestania: inter Pindi et Chuarschi (Seidl.) et in monte Schalbus Dagh (Beck.), — in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde) nec non in montibus Sawalan Persiae (Radde).

607. **Veronica serpyllifolia** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 248.

In monte Sawalan Persiae (Radde).

608. **Veronica arvensis** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 249.

In monte Schindan Kala districtus Talysch (Radde).

609. **Veronica verna** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 250.

In monte Schindan Kala districtus Talysch (Radde).

610. **Veronica acinifolia** L. — Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. IV. p. 439.

var. typica Trautv. caule glanduloso-pubescente; capsulis margine glanduloso-ciliatis; stylo capsulae sinum saepius aequante.

In monte Schindan Kala districtus Talysch (Radde).

var. glabrata Trautv. l. c. — *V. conferta* Boiss. et *V. glaberrima* Boiss. et Bal. in Boiss. Fl. or. IV. p. 459.

In monte Sawalan Persiae (Radde).

Varietatis glabratae specimina Raddeana omnia admodum juvenilia, perpusilla, vix 1½ centim. alta, foliorum minimorum, vix 2 millim. longorum paribus 2—3 et in apice floribus 1—2 instructa sunt, ideoque tute determinari nequeuntur, nihilominus autem ad *V. acinifoliae var. glabram* Trautv. proxime accedere mihi videntur. *V. glaberrima* Boiss. et Bal., cujus specimina originaria (collect. Balans. n. 689) in herbario Horti Petropolitani vidi, a *Ver. acinifoliae var. glabratae* Trautv. speciminibus songoricis ne minime quidem differt.

611. **Veronica ceratocarpa** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 251.

In districtu Talysch: prope Lyrik et in monte Schindan Kala (Radde).

In speciminibus Raddeanis capsulae latera modo brevissime puberula, modo glabra, ejus margo autem constanter longiuscule ciliatus.

612. **Veronica biloba** L. — Trautv. En. pl. songor. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. IV. p. 440.

var. dasycarpa Trautv. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

613. **Veronica agrestris** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 254.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.), in monte Schindan Kala districtus Talysch (Radde) et prope Lenkoran (Radde).

614. **Eufragia viscosa** Benth. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 259.

In insula Ssari maris caspii (Radde).

615. **Trixago apula** Stev. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 259.

In insula Ssari maris caspii (Radde).

616. **Euphrasia officinalis** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 263.

In Daghestania: Kurüsch (Beck.), Schuku (Seidl.).

617. **Bungea trifida** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 265.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

618. **Rhinanthus Crista galli** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 265.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

619. **Rhynchocorys Elephas** Griseb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 267.

Prope Lyrik districtus Talysch (Beck).

620. **Pedicularis caucasica** M. a Bieb. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 466. — Boiss. Fl. or. IV. p. 483.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in montibus Sawalan Persiae (Radde).

621. **Pedicularis achilleaefolia** Steph. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 294.

Prope pagum Lyrik districtus Talysch (Radde).

Planta Raddeana, quod sciam, cum homonyma altaica et songorica utique consentit et perianthii canescenti-pubescentis dentibus longioribus, ovato-lanceolatis a speciei subsequentis exemplaribus recedit. Caeterum C. A. Meyer *P. achilleaefoliam* Steph. verisimiliter non immerito pro *P. comosae* L. varietate habet.

622. **Pedicularis comosa** L. — Trautv. Pl. Sib. bor. in Act. Hort. Petr. V. 1. p. 92.

var. venusta Trautv. l. c. — *P. venusta* Schang. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 293.

In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.) nec non in montibus Sawalán Persiae.

In speciminibus Seidlitzianis et Raddeanis corollae labium inferius, uti mihi videtur, ciliatum.

623. **Pedicularis condensata** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 297.

var. major Trautv., altior, robustior, spica elongata, cylindrica.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

LVIII. Orobanchaceae Lindl.

624. **Phelipaea lanuginosa** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 310.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

625. **Phelipaea longiflora** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 311.

Prope Derbent (Beck.).

Planta Beckeriana cum homonyma Hohenackeriana a C. A. Meyer determinata prorsus consentit.

626. **Phelipaea coerulea** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 311.

Prope Derbent (Beck.), in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

627. **Phelipaea ramosa** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 313.

Prope Tiflis (M. N. Smirn.) et in districtu Talysch (Radde).

628. **Orobanche gamosepala** Reut. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 315. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. IV. 2. p. 400.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

LIX. Labiatae Juss.

629. **Mentha sylvestris** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 336.

Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

630. **Thymus Serpyllum** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 345.

var. vulgaris Ledeb. l. c.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.), in pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

var. latifolia Ledeb. l. c.

In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.).

var. incana Trautv. caule procumbente foliisque late ovatis undique dense pubescentibus. — *Th. nummularii var. β.* M. a. Bieb. Fl. taur. cauc. III. p. 403. — *Th. montani var.* C. A. Mey. En. pl. casp. cauc. p. 88. — *Th. Serpylli var. villosa* Ledeb. Fl. ross. III. p. 346 (ex parte, — excl. *Th. hirsuto* M. a Bieb.).

Prope pagum Lyrik et in monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

631. **Satureja hortensis** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 349.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

632. **Calamintha Acinos** Clairv. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 353.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

633. **Calamintha graveolens** Benth. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 354.
In monte Küs-jurdi districtus Talysch (Radde).

634. **Calamintha Clinopodium** Spenner. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 355.
Prope pagum Germisch districtus Talysch (Radde).

635. **Salvia glutinosa** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 359.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

636. **Salvia limbata** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 360.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

637. **Salvia ceratophylla** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 362.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

638. **Salvia xanthocheila** Boiss. Fl. or. IV. p. 620. — Dec. Prodr. XII. p. 284. — *S. frigida* Boiss. — Dec. Prodr. XII. p. 284 (sec. Boiss.).
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).
Planta Raddeana in *S. xanthocheilae* Boiss. specimen originarium, a Kotschy in monte Elbrus lectum (n. 128), exacte quadrat. Species haec, uti jam ipse Boissier monet, a *S. verbascifolia* M. a Bieb. non nisi bracteis perianthia aequantibus (non iis duplo vel triplo brevioribus) dignoscenda.

639. **Salvia Beckeri** Trautv. — Boiss. Fl. or. IV. p. 624.
In Daghestania: prope Achty nec non inter Kabir et Kurach (Beck.).

640. **Salvia verticillata** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 368.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

641. **Ziziphora clinopodioides** Lam. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 369.
var. media Benth. — Ledeb. l. c.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

642. **Faldermannia parviflora** Trautv. in Bull. sc. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII. № 3. — *Ziziphora tenuior* Ledeb. Fl. ross. III. p. 370. — Boiss. Fl. or. IV. p. 587.
In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

643. **Nepeta micrantha** Bunge. — Boiss. Fl. or. IV. p. 664. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 374. — *N. Meyeri* Benth. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 375.
Prope pagum Lyrik districtus Talysch et in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

644. **Nepeta cyanea** Stev. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 375. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 469.
var. Steveniana Trautv. l. c. — *N. cyanea* Stev. in Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. III. p. 265.
Prope Kurusch Daghestaniae (Beck.).

645. **Nepeta Mussini** Spr. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 376. — Trautv. Pl. casp. cauc. in Act. Hort. Petr. V. 2. p. 470.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.), prope pagum Lyrik et in monte Schindan Kala districtus Talysch (Radde).
Corollae tubus in speciminibus nonnullis prope Lyrik lectis solito longior, longissime exsertus.

646. **Nepeta grandiflora** M. a Bieb. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 376.
In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

647. **Nepeta nuda** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 377.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde) et prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

648. **Nepeta teucriifolia** W. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 378.
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

649. **Nepeta ucranica** L. — Trautv. En. pl. song. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. IV. p. 449. — Boiss. Fl. or. IV. p. 668.

var. intermedia Trautv. caule tenuissime puberulo, perianthii dentibus abbreviatis.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

Var. typica Trautv. dentibus longissimis recedit, *var. parviflora* Trautv. autem caule villosulo.

650. **Dracocephalum multicaule** Montbr. et Auch. — Boiss. Fl. or. IV. p. 672. — Trautv. Pl. mess. in Act. Hort. Petr. IV. 1. p. 178.

Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

651. **Dracocephalum Ruyschiana** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 389.

In monte Schalbus Dagh Daghestaniae (Beck.).

652. **Dracocephalum austriacum** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 390.

In monte Ssalatau Daghestaniae (Seidl.).

653. **Lallemantia iberica** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 391.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

654. **Brunella vulgaris** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 392.

Prope Lenkoran (Radde).

655. **Scutellaria orientalis** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 395.

var. chamaedryfolia Reichenb. — Ledeb. l. c. — *Sc. orientalis var. genuina* Boiss. Fl. or. IV. p. 682.

In monte Alachun Dagh Daghestaniae (Beck.).

Var. chamaedryfoliae specimina Beckeriana caules elongatos, ad 38 centim. longos, adscendentes et corollas luteas ostendunt.

var. pinnatifida Reichenb. — Ledeb. l. c.

In districtu Talysch: in pylis Barnasar et prope pagum Lyrik, nec non in valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

656. **Scutellaria altissima** L. — C. A. Mey. Ind. pl. casp. cauc. p. 89.

var. grandiflora C. A. Mey. l. c. — *Sc. Tournefortii* Benth. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 396.

Prope Lenkoran (Radde).

Specimina Raddeana cum *Sc. Tournefortii* specimine lenkoranico a C. A. Meyer mecum communicato prorsus consentiunt. Et in illis et in hoc caulis simplex, tenuissime puberulus, perianthium pilis glandulosis, raris conspersum, corolla 2—2¼ centim. longa.

657. **Sideritis montana** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 401.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

658. **Marrubium persicum** C. A. Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 403.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

659. **Marrubium catariaefolium** Desv. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 403.

Prope Tiflis (M. N. Smirn.), prope Achty Daghestaniae (Beck.).

660. **Marrubium propinquum** Fisch. et Mey. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 404.

In valle Ambarani districtus Ardebil (Radde).

661. **Marrubium parviflorum** Fisch. et Mey. — Boiss. Fl. or. IV. p. 704. — *M. radiatum* Ledeb. Fl. ross. III. p. 405. — Trautv. Pl. Radd. in Act. Hort. Petr. II. 2. p. 433.

In pylis Barnasar districtus Talysch (Radde).

662. **Stachys lanata** Jacq. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 410.

Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

663. **Stachys germanica** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 411.

Prope Manglis gubernji Tiflis (Radde).

Species haec indumento dense villoso et perianthii subaequaliter 5-dentati dentibus omnibus subaequalibus, tubo dimidio brevioribus, latis inter proxime affines excellit.

664. **Stachys sibirica** Lk. — C. A. Mey. En. pl. casp. cauc. p. 94. — Hohen. En. pl. Elisab. in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. VI (1833) p. 240. — *St. germanicae var. intermedia* Boiss. Fl. or. IV. p. 720 (ex parte, — excl. *St. rosea* Hohen.).
Prope Achty Daghestaniae (Beck.).

Species haec, quod ad indumentum densiorem et perianthii dentes omnes subaequales attinet, proxime ad *St. germanicam* L. adpropinquat, tamen perianthii profundius divisi dentibus omnibus tubum dimidium superantibus, lineari-lanceolatis vel lineari-subulatis ab hac abhorret. In medio relinquo, utrum *St. sibirica* Lk. cum *St. germanica* L. conjungenda sit annon.

665. **Stachys sylvatica** L. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 413.
Prope Manglis gubernii Tiflis (Radde).

666. **Stachys persica** S. G. Gmel. — Ledeb. Fl. ross. III. p. 416.
Prope custodiam Germisch districtus Talysch (Radde).

Das Fibrovasalgewebe, welches das Centrum des Wurzelkörpers einnimmt, ist ganz nach dem Typus des gleichnamigen Gewebes der übrigen Palmen gebaut. Die Gefässe liegen im Kreise angeordnet, die Xylemtheile alterniren mit den Phloëmtheilen (hier Weichbast). Die Gefässe sind spärlich, äusserst dünn und netz-, ring- oder spiralförmig verdickt. Die Holzzellen sind ziemlich stark verdickt. — Die erste Verdickung tritt auf in den Gefässen.

Im Centrum des Fibrovasalgewebes liegt ein markartiges Gewebe, das aus sphärischen, grossen Parenchymzellen mit deutlichen Intercellularräumen besteht, oft verdickt und getüpfelt ist und von den Holzzellen häufig durchzogen wird. Eine Eigenthümlichkeit bietet ein Gewebe, welches das markartige Gewebe vom Holzkörper trennt; es besteht aus einer Schicht kleiner, gleichmässig verdickter Zellen, welche von einem Inhalte, in dem ein oder zwei kugelförmige Körperchen enthalten sind, erfüllt werden; diese Körperchen färben sich mit Jod weder blau noch gelb. Dieses Gewebe gehört zum Marke, denn wenn die Holzzellen schon Verholzung zeigen, ist ersteres noch unverholzt.

Hat die Luftwurzel der Acanthoriza aculeata eine gewisse Länge erreicht, welche bei den unverzweigten geringer als bei den verzweigten ist, so löst sich die ganze Wurzelhaube ab, bleibt gewöhnlich aber noch hängen, bis sie durch irgend welche mechanische Ursache abgehoben wird. Durch diesen Vorgang hat die Luftwurzel der Acanthoriza aculeata ihre morphologische Eigenthümlichkeit als Wurzel verloren und muss dieses Axenorgan, nachdem es noch neben bedeutender Härte spitz geworden ist, als Dorn aufgefasst werden; zuerst sind diese aus den Luftwurzeln entstandenen Dornen krautartig, erreichen aber durch unten beschriebene Veränderungen ihre Härte.

Fast gleichzeitig mit dem Ablösen der Wurzelhaube, also mit dem Verdornen, hat sich die Schutzhülle bis zur Spitze ausgebildet, doch sind

ihre Zellen zur Spitze hin, wie wir dieses auch bei der Epidermis und der äusseren Rinde finden, bedeutend kleiner.

Die Zellen der äusseren Rinde sind in diesen verdornten Luftwurzeln sehr stark verdickt und verholzt, zur Spitze hin sclerenchymatisch geworden und mit einem dunkelbraunen Inhalte erfüllt.

Die Zellen der inneren Rinde sind auch verdickt, jedoch weniger als die der äusseren, die Zellwände getüpfelt und verholzt, zur Dornspitze hin aber in Folge der bedeutenden Entwickelung der äusseren Rinde nicht vorhanden.

Die Raphiden führenden Zellen verdicken ihre Wände und verholzen ebenso wie das Rindengewebe.

Die Verholzung der verdickten Schutzscheide findet gleichzeitig statt.

Die Gefässe verdicken sich im Dornzustande der Luftwurzel nicht stärker, verholzen aber stark, was auch bei den von allen Geweben am meisten verdickten Holzzellen zu beobachten ist.

Das markartige Gewebe verholzt, ohne jedoch eine so starke wie bei den bis dahin geschilderten Geweben vorkommende Verdickung aufzuweisen.

Nur der Phloëmtheil verdickt und verholzt nicht, die Membranen nehmen jedoch braune Färbung an.

Bei der ganzen Umwandlung der Luftwurzeln in Dornen wird an der anatomischen Zusammensetzung der inneren Gewebe nichts geändert, nur dass die Zellen aller Gewebe mit Ausnahme des Phloëms stark verholzen und sich verdicken.

Die bedeutende Härte der Dornspitze rührt her von der Umwandlung einiger Schichten der äusseren Rinde in sclerenchymatische Zellen.

DESCRIPTIONES PLANTARUM

NOVARUM ET MINUS COGNITARUM.

Fasciculus VIII.

AUCTORE

E. REGEL.

A. Plantarum diversarum, in horto Imperiali petropolitano cultarum, descriptiones.

---

1. *Coleus Huberi Rgl.*

Suffruticosus. Rami floriferi pilis articulatis patentibus brevibus glandulisque sessilibus dense vestiti. Folia obovata, in petiolum laminam circiter aequantem attenuata, obtusa, ab apice infra medium grosse crenata, utrinque pilis papillosis adpressis et praeterea subtus glandulis luteis sessilibus adspersa; folia floralia viridia, cuneato-obovata, apice truncato-rotundata, in petiolum brevem attenuata, verticillastris longiora, integerrima, utrinque pilis papilliformibus glandulisque sessilibus subtomentosa. Verticillastri 8-flori, remoti, racemum laxum interruptum formantes. Calyces initio suberecti, demum declinati, pedunculis subhirsutis breviores v. subaequilongi, pilis articulatis patentibus glandulisque sessilibus ubique hirsuti, fauce intus nudi, dente supremo ovato obtuso, dentibus inferioribus lanceolatis acutis. Corollae pilis articulatis laxe villosae tubus subinflatus, geniculato-infractus; labium inferius stipitatum, maximum, cymbiforme. Stamina 4, labio inferiore paullo breviora, basi in tubum stylum vaginantem connata.

Syn. Salvia Schimperi hort.

Patria Abyssinia.

Affinis C. barbato Benth. (cfr. DC. prodr. XII. pag. 71) differt autem «foliis bracteisque herbaceis obtusissimis, calycis fauce intus nudi dente superiore obtuso, indumento etc.»

2. *Crinum Schmidti Rgl.*

Bulbus ovatus. Folia oblongo-lanceolata, margine integerrima glabraque. Umbella 8—10-flora. Flores subsessiles, cernui. Spathae valvae magnae, virescentes. Perianthii 18 Cm. longi tubus tenuis, cylindricus, virescens, apice curvatus; limbi campanulati segmenta ovato-lanceolata, cucullato-acuminata, apicem versus recurvata, tubum circiter aequantia, alba, apicem versus dorso stria carnea picta. Stamina limbo breviora, stylum aequantia. Stigma capitatum.

E Port Natal a Cl. E. Schmidt (Haage et Schmidt) allatum.

3. *Lycaste costata Lindl.*

L. costata Lindl. bot. reg. tom. 29. tab. 15. — Rchb. fil. in Müll. ann. VI. pag. 605.

Bractea cucullata, acuta, ovario multo longiore, floreque pallido-flava; sepalo supremo oblongo-lanceolato; sepalis duobus lateralibus late lanceolato-falcatis basi in calcar conicum abeuntibus; petalis obverse lanceolatis, obtusis, quam sepala brevioribus; labelli trilobi concavi lobo intermedio cordato-subrotundo, apice recurvo integro, caeterum margine fimbriato-laciniato; lobis lateralibus brevibus, ovatis, obtusis; disco carnoso, antice emarginato-rotundato adnato, costis longitudinalibus 5 inter lobos laterales; columna semicylindrica, labellum dimidium aequans; anthera glabra.—Pseudobulbi angulati ovato-conici, foliis duobus petiolatis lanceolatis terminati.

4. *Merendera Raddeana Rgl.*

Bulbi ovati tunicae exteriores membranaceae, tenues, fuscae. Caulis e bulbi basi lateraliter egrediens, uniflorus, flore incluso circiter 15 Cm. altus, triphyllus. Folia erecta, anguste lanceolata, obtusiuscula, florem initio aequantia deinde superantia. Perigonium corollinum, lilacinum, 6-phyllum. Sepala longissima, unguiculata; unguibus in tubum conniventibus, omnibus fauce sagittato-unguiculatis; laminis aequalibus, erecto-patentibus, oblongo-obovatis, obtusis, campanulato-conniventibus. Stamina 6, laminae basi inserta, quam laminae duplo breviora; filamenta

filiformia, antheras oblongas triplo superantia. Styli 3, distincti, stamina subaequantes. (Cfr. Grtfl. tab. 1057).

Radde bulbos misit ex provinciis caucasicis.

M. caucasica M. B. (Bulbocodium trigynum Adam) cui affinis «bulbi tunicis plurimis coriaceis nigris, caule e centro bulbi egrediente, foliis lineari-lanceolatis mox arcuato-patentibus flore initio brevioribus, sepalis interioribus tantum ad laminae basin cordatis v. breviter sagittatis, exterioribus in unguem attenuatis», facile dignoscitur.

5. *Pleurothallis Hookeri Rgl.*

Pl. picta Hook. bot. mag. tab. 3897 anno 1842 (non Pl. picta Lindl. sub tab. 1797 in bot. reg. 1797 et bot. reg. tab. 1828. — Rchb. fil. in Müll. ann. VI. pag. 172, quae racemis paucis folio longioribus aliisque characteribus diversa).

B. Plantarum centrasiaticarum, in horto botanico Imperiali petropolitano cultarum, descriptiones.

1. *Allium Ostrowskianum Rgl.*

Bulbi subglobosi tunicis tenuibus integris. Caulis glaber, teres, 20—30 Cm. altus, supra basin foliis 2—3 caulem superantibus planis lineari-oblongis flaccidis glaucis glaberrimis acutis vestitus. Umbella capsulifera, fastigiata, multiflora; pedicelli filiformes, perigonio circiter duplo usque triplo longiores, basi nudi. Sepala rosea, ad basin libera, oblongo-elliptica, obtusa v. acutiuscula, staminibus subtriplo longiora. Filamenta simplicia, ima basi inter se et cum perigonio connata; exteriora e basi lata lanceolato-attenuata, apice in mucronem brevissimum antheram gerentem excurrentia; filamenta interiora sublinearia. Ovarium subglobosum, ecristatum, stylo staminibus breviore apice trilobo coronatum.

Folia usque 13 Mm. lata. Spatha scariosa, bivalvis; valvis ovatis, breviter acuminatis, quam pedicelli paullo-duplo brevioribus. Pedicelli usque 2½ Cm. longi. Sepala circiter 1¼ Cm. longa, pulchre rosea.

In Turkestania occidentali legit Fetisow.

Allium roseum L., cui spec. nostra simillima, «foliis caule brevioribus, staminibus quam sepala sesqui-duplo brevioribus omnibus e basi ovata in filum quam dilatata basis aequilongum excurrentibus» facile dignoscitur.

2. *Allium stipitatum Rgl.*

Caulis 80—90 Cm. altus. Folia anguste lineari-lanceolata, margine subtusque hirtula, supra glabra, omnia radicalia. Spatha bivalvis, valvis late ovatis subito acuminatis quam pedunculi brevioribus. Umbella multiflora, hemisphaerica v. subglobosa, ebracteata. Pedunculi elongati, circiter 4 Cm. longi, florem pluries superantes. Sepala lineari-subulata, patentissima, roseo-lilacina. Ovarium depresso-globosum, trilobum, dense papillosum, basi in stipitem attenuatum, foveolis ad basin nullis. (Cfr. Grtfl. tab. 1062).

Flores odorati. Folia viridia. Cetera ut All. atropurpurei W. et K. (cfr. Rgl. Allium n. 248).

In regione fluvii Sarawschan in trajectu Ansob (Fedtschenko), in valle fluvii Naryn (A. Regel).

3. *Allium Suworowi Rgl.*

Undique glaberrimum. Folia lineari-ligulata, flaccida, apicem versus sensim sensimque attenuata, caule breviora, usque 1½ Cm. lata et 40 Cm. longa, omnia ad caulis teretis circiter 50 Cm. alti basin sessilia. Spatha membranacea, bivalvis, umbella brevior. Umbella hemisphaerica, multiflora, ebracteata. Pedunculi 1½—2 Cm. longi, florem 3—4-plo superantes. Stamina omnia simplicia, linearia, ima basi tantum coalita. Sepala lineari-lanceolata, saturate roseo-violacea, erecto-patentia, staminibus deinde paullo breviora, 6—7 Mm. longa. Ovarium subglobosum v. ovato-globosum, basi in stipitem attenuatum, foveolis basilaribus vestitum. (Cfr. Grtfl. tab. 1062).

Flores suaveolentes.

In deserto kirghisico prope pagum Uralsk (A. Regel).

4. *Bulbocodium (Merendera) persicum Boiss. et Kotschy β. turkestanicum.*

Merendera persica Boiss. et Kotschy in Boiss. diagn. ser. I. fasc. 13. pag. 37.

B. persicum β. turkestanicum differt a diagnosi cl. Boissieri «vagina tubulosa scapum foliorumque basin cingente apicem versus sensim attenuata (nec scapum usque ad foliorum ortum cingente apice oblique truncata); sepalorum lamina oblongo-lanceolata acutiuscula usque 2 Cm. longa et 6 Mm. lata (nec anguste oblongo-lineari elongata). — Bulbus tunicis membranaceo-scariosis fuscis cinctus, compressus, ovato-conoideus, scapum e basi emittens. Folia 4—6, glaberrima (nec 3—4). Caulis 1—2 florus.

Bulbos e Kokania misit A. Regel.

Die Exemplare, nach denen Boissier seine Beschreibung gegeben, waren mit mangelhafter Zwiebel und ganz abgeblühet und daraus entspringen wohl die Angaben betreffs der sehr schmalen Platte der Blumenblätter.

5. *Delphinium corymbosum Rgl.*

Retrorso-hirsutum, 1—1½ pedale. Caules corymboso-ramosi, in paniculam densam corymbosam desinentes. Petioli foliorum inferiorum basi dilatati, laminam superantes, foliorum inferiorum breves, superiorum nulli. Foliorum inferiorum lamina palmatifido-quinqueloba, utrinque hirta; lobi late cuneato-obovati, marginibus sese tegentes, antice iterato-trilobi; lobuli grosse dentato-crenati, dentes callo terminati; folia caulina superiora breviter petiolata v. sessilia, palmato-3—5-loba. Inflorescentiae ramuli pedunculique bracteis nonnullis linearibus herbaceis integerrimis adspersi. Flores pedunculis flore brevioribus v. longioribus suffultis, saepissime 4—5 in ramulorum lateralium apice subumbellati, in ramulo terminali dense racemosi. Sepala subaequilonga, petaloidea, ovata v. ovato-lanceolata, pallide violacea, dorso virescentia hirsuta, margine glabra, apice cucullata. Petala sepalorum longitudine, nigrescentia, superiora erecta, inferiorum lamina patens bifida barbata. Calcar circiter

sepalorum longitudine, hirsutum, a basi ad apicem attenuatum, apice plus minus incurvatum. Carpella 3, dense pubescentia. (Cfr. Grtfl. tab. 1059).

Caules inclusa panicula usque 60 Cm. alti.

Affine D. caucasico «panicula corymbosa, pedunculis ramulorum lateralium subumbellatis» ab eo alterisque speciebus affinibus diversum.

Semina misit A. Regel ex alpibus Turkestaniae orientalis.

6. *Gentiana Fetisowi Rgl. et Winkler.*

Perennis glaberrima; caule erecto, elato, solitario; foliis anguste lanceolatis, 5-nerviis, integris, acutiusculis, caulinis cruciatis connatis spatham plus minus caulem amplectentem efformantibus, radicalibus (sc. turionum sterilium internodiis valde abbreviatis) rosulatis sensim in petiolum angustatis; floribus sessilibus, terminalibus aggregatis, axillaribus solitariis vel aggregatis; calyce dimidiato-spathaceo, subtridentato, rarissime quinquedentato v. saepius dentibus destituto; corollae tubuloso-campanulatae laciniis coeruleis, acutiusculis, recurvo-patentibus; plicis abbreviatis, subovatis, obtusiusculis, atroviolaceis; tubo laciniis quadruplo longiore, subinflato, pallide violaceo, intus albescente punctisque fuscis ornato; filamentis fusiformibus, corollae tubum subaequantibus, dimidia longitudine tubo adnatis; antheris liberis; germinis stigmatibus duobus, sessilibus, oblongis, demum recurvis. (Cfr. Grtfl. tab. 1069).

G. decumbens «caulibus pluribus adscendentibus, foliis lineari-lanceolatis, corollae anguste obconicae plicis truncatis, cyma racemiformi» differt.

G. Olgae «calycis dimidiato-spathacei dentibus subulatis, corollae clavato-tubulosae flavae intus viridi punctatae tubo a basi ad apicem sensim dilatato, limbi laciniis angustioribus» facile dignoscitur.

Habitat in Turkestaniae monte Juldus minore.

Semina misit Cl. Fetisow.

7. *Gentiana Kesselringi Rgl.*

Perennis, glabra, rhizomatis collum nudum. Folia radicalia plura humo adpressa, lineari-lanceolata, 3—5-nervia, acuta, caule duplo breviora. Caules infra folia radicalia egredientes, adscendentes, circiter

20 Cm. alti, florum glomerulo multifloro denso terminati. Foliorum caulinorum oppositorum oblongo-lanceolatorum basi in vaginam brevem connatorum juga saepissime 3 remota. Flores subsessiles, in racemum pluriflorum glomeratum (v. demum basi interruptum) terminalem congesti. Bracteae (folia caulina suprema) oppositae, foliis caulinis similes, oppositae. Bracteolae ad calycis basin solitariae, foliaceae, lanceolatae, calycem circiter aequantes. Calycis tubuloso-infundibuliformis corollam dimidiam aequantis limbus erectus 5-partitus; lobis oblongo-lanceolatis, tubo calycis brevioribus, acutis. Corolla tubuloso-ventricosa, sub fauce parum constricta, albida, extus lineolis punctiformibus violascentibus picta; limbi patentis quinquepartiti lobi ovati, apice breviter apiculati, intus viridi-punctati; plicae elongatae, longiores quam latae, bifidae, lobis linearibus acutis. Capsula lineari-oblonga, in stylum brevem sensim attenuata.

G. decumbens L. et G. Olgae Rgl. «calyce dimidiato-spathaceo». G. Olivieri Griseb. cui arctius affinis «rhizomatis collo nudo, foliis obtusis v. obtusiusculis, bracteolis oppositis linearibus, calycis laciniis linearibus, corolla tubuloso-infundibuliformi azurea» dignoscuntur.

A. Regel in Turkestaniae orientalis alpibus semina legit.

8. *Helicophyllum Lehmanni Rgl.*

(Syn. Biarum Lehmanni Bnge. reliq. Lehm. n. 1333).

Bulbus depresso-globosus. Folia omnia radicalia, crassa, anguste lanceolata, saepissime sensim in petiolum teretem attenuata v. rarius e basi subrotundata subito in petiolum attenuata, acuta, penninervia. Scapus solitarius, initio brevis, demum elongatus. Spathae basi tubulosae lamina oblongo-elliptica, obtusa v. acuminata, extus viridis, intus atropurpurea. Spadix basi foemineus, superne masculus; interstitium inter spicam foemineam et masculam totidem organis neutris e basi ovata subulatis vestitum; supra antheras organa neutra nonnulla. Antherarum sessilium loculis divergentibus. Spadicis appendix nuda, cylindrica, obtusa, spadicem duplo superans, erecta, nigra, quam spatha paullo brevior. Ovarium ovulis 4 erectis. (Cfr. Grtfl. tab. 1056).

Helicophyllum crassifolium Engl. (Araceae p. 597. — Typhonium crassifolium Ledb. fl. ross. IV. p. 10. — Eminium Ledebouri Schott Aroideae I. p. 17. tab. 22. — Ej. prodr. Ar. p. 111), differt «foliis e basi cordata v. subhastata ovato-lanceolatis, nervis lateralibus densis».

In Turkestania occidentali (Lehmann, Sewerzow, Fedtschenko, A. Regel).

9. *Lonicera Alberti Rgl.*

Sectio II. *Xylosteum.* Bracteolae interiores 2, in involucellum calyce plus duplo brevius connatae. Flores subregulares. Baccae distinctae.

L. Alberti. Frutex humilis, glaber, ramosus, ramis diffusis dependentibus. Folia opposita, glauca, lineari-oblonga, obtusiuscula, breviter petiolata, integerrima v. basi utrinque 1—2 dentata. Pedunculi axillares, flore breviores. Bracteae exteriores lineari-oblongae, foliis similes, interiores in involucellum bidentatum calyce plus duplo brevius connatae. Flores bini ovariis distinctis. Corollae roseo-lilacinae fragrantis tubus cylindricus, calyce quadruplo longior, intus pilosus; limbus subregulariter 5-partitus, lobis ovato-ellipticis. Stamina 5, limbi laciniis breviora. Stylus stamina aequans, stigmate capitato coronatus. (Cfr. Grtfl. tab. 1065).

Species eximia, ab omnibus hucusque cognitis valde diversa. Plantae juniores e seminibus enatae foliis latioribus basi sinuato-dentatis praeditae. Folia plantae floriferae usque 2 Cm. longa, 2—3 Mm. lata, subtus albicantes rete nervorum lateralium viridi picta.

Semina legit A. Regel in alpibus Turkestaniae orientalis.

10. *Statice Suworowi Rgl.*

Annua. Folia omnia radicalia, scapo duplo breviora, tenera, glabra, oblongo-lanceolata, nervo excurrente mucronata, basi in petiolum attenuata, integerrima v. saepissime grosse runcinato-dentata v. runcinato-lobata, dentibus v. lobis triangularibus acutis. Scapus inclusa spica terminali usque 18—20 Cm. altus, sulcato-angulatus, glaber v. apicem versus pilis minimis adspersus. Spica terminalis, densa, simplex, infra basin bracteis nonnullis distantibus glabris e basi ovata albo-hyalina in cuspidem subulatam viridem excurrentibus suffulta. Spicae rhachis pilis albidis subvillosa. Spiculae 2—3-florae, bracteis duabus fultae; bractea inferiore

spicularum inferiorum e basi dilatata scariosa in cuspidem viridem plus minus hirtulam cuspidata, spicularum superiorum subulata viridi; omnibus calycis tubum subaequantibus, dorso margineque plus minus hirtulis; bractea superiore ovato-subquadrata, calycis tubo breviore, apice truncata et subtridentata, dente intermedio longiore, dorso viridi minuteque hirtula, margine membranaceo-hyalina. Calycis tubus parte dimidia inferiore viridi pilis glanduliferis subvillosa, limbi tubus roseus apice 5-dentatus, dentibus in aristas corollae tubum dimidium aequantibus excurrentibus. Corolla rosea, tubulosa, tubo quam calycis dentes duplo longiore, limbi lobis ovatis obtusis. (Cfr. Grtfl. tab. 1062).

S. plantaginiflora Jaub. et Spach, quae speciei nostrae proxima, differt, «foliis runcinato-pinnatipartitis, lobis saepissime obtusis rarius acutiusculis, scapo folia aequante, spica basi saepissime ramosa, spiculis 3—4-floris, corollae albae tubo brevissimo quam calycis dentes breviore.

11. *Tanacetum leucophyllum Rgl.*

Caespitosum, humile usque spithamaeum, argenteo-sericeum. Caules adscendentes, ramosi, ut rami apicem versus foliati. Folia sessilia v. breviter petiolata, circuitu ovato-subrotunda, inferiora bipinnatisecta, superiora pinnatisecta; lobi obverse oblongi, acutiusculi v. obtusi. Capitula longe petiolata, in caulis ramorumque parte superiore corymbosa. Pedunculi in axillis foliorum superiorum axillares, solitarii, nudi v. apicem versus bracteis nonnullis linearibus adspersi, monocephali v. rarius pleiocephali. Involucri triserialis hemisphaerici phylla imbricata, ovata, obtusa, late scarioso-nigro-marginata, dorso virescentia sericea. Flores omnes tubulosi, involucrum paullo superantes, aurei, disci hermaphroditi 5-dentati. Achaenia oblonga, angulata, apice omnino calva. (Cfr. Gartenfl. tab. 1065).

T. tomentosum DC. et T. Herderi Rgl., quibus affine, «caulibus simplicibus apicem versus subaphyllis foliisque pilis minutis stellatis cinereo-tomentosis, (nec pilis elongatis adpressis argenteo-sericeis), capitulis magis congestis brevius pedunculatis duplo fere majoribus» — dignoscuntur.

In Turkestania orientali ad fontes fluvii Kasch ad glacies montis Mongöto (A. Regel).

C. Juncacearum, Cyperacearum, Graminearum, Balanophorearum et Acotyledonearum vascularum centrasiaticarum adhuc cognitarum enumeratio.

Juncaceae.

1. *Luzula campestris DC.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 219).

α. *typica.* In trajectu Kumbel montium Alexander, 9000′ alt., in Dschungariae montibus alatavicis (Schrenk, Karelin et Kirilow).

β. *multiflora.* Ad fluvium Almatinka majorem (Fetisow), in trajectu Sumbe 7—8000′ alt. (A. Regel), in trajectu Kurmekty montium Kungei-alatau et in trajectu Kokdschar montium thianschanicorum 8—9000′ alt. (Semenow).

2. *Luzula spicata DC.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 220).

In Turkestaniae orientalis trajectu Ketmen 8—9000′ alt., in montibus lacum Sairam cingentibus 7—9000′ alt., in monte Kokkamyr 10,000′ alt., in valle fluvii Musart montium thianschanicorum, 8—9000′ alt. (A. Regel), in Dschungariae alpibus alatavicis (Kar. et Kir.).

1. *Juncus communis E. Meyer* (Ledb. l. c. p. 220).

In planitie elata Karkara montium orientem versus a lacu Issik-kul. 5500′ alt. (Semenow).

β. *conglomeratus Ledb.* (l. c. p. 221).

In Turcomania boreali (Karelin).

2. *Juncus glaucus Ehrh.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 222).

In locis humidis Turkestaniae occidentalis prope Samarkand (Krause), prope Taschkent, in valle fluvii Tschirtschik 4—6000′ alt., in montibus karatavicis (A. Regel), in Turkestania orientali in montibus thianschanicis 3—8000′ alt. (Kuschakewicz), in valle fluvii Ili (A. Regel), in Dschungariae montibus alatavicis in limosis (Karelin et Kirilow).

3. *Juncus alpinus Vill.* (Ledb. l. c. p. 224).

In salsis Dschungariae ad rivulum Ai (Kar. et Kir.).

4. *Juncus articulatus L.* (Ledb. l. c. p. 225).

In locis paludosis montium alatavicorum transiliensium, 4000′ alt. (Semenow), ad lacum Issyk-kul et in montibus Dschagastai (A. Regel), in Dschungaria ad fluvium Agatschka (Schrenk), ad fontem Sassyk-pastau (Karelin et Kirilow), in Turcomania media (Karelin).

5. *Juncus sylvaticus Reichard.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 226. — Juncus acutiflorus auct.).

In Turkestania orientali et occidentali frequens.

Diese Art oder wohl eigentlich Form des J. articulatus (J. lampocarpus Ehrh.) ist vorzugsweise in ganz Turkestan häufig. Es fehlt aber nicht an Formen, deren innere Blättchen des Perigons nur schwach spitz, bis zu Formen, wo alle Blättchen des Perigons sogar in eine kurze Granne ausgehen, so dass nach unserer Ansicht J. sylvaticus mit J. articulatus wieder zu vereinigen ist.

6. *Juncus bulbosus L.* (spec. 467. — Rgl. pl. Semenov. n. 1102).

α. *compressus* (Rgl. l. c. — J. compressus Ledb. l. c. 229).

In desertis aralensibus non procul a fluvio Syr Darja (Borszczow), in Chanato Chiwa (Korolkow et Krause), in montibus karatavicis, in valle fluvii Tschirtschik montium alatavicorum occidentalium (A. Regel), in Dschungaria ad fluvium Lepsa (Karelin et Kirilow), ad fluvium Tekes et et prope Takiansi ad fines Mongoliae occidentalis (A. Regel), in Dschungariae montibus alatavicis (Schrenk).

β. *Gerardi* (Rgl. l. c. — J. Gerardi Ledb. l. c. p. 229. — J. soranthus Schrenk in bull. ac. petrop. II. 193. — J. Gerardi Loisel et auct. — J. Gerardi var. sorantha Trautv. pl. Schrenk. n. 1155. — J. bulbosus β. Gerardi et γ. soranthus Rgl. l. c.).

Prope Nowy Alexandrowsk inter fluvios Jan et Kuwan-darja, in humidis inter desertum Karakum et fl. Irgis (Lehmann), prope Taschkent (Korolkow), inter Katti-kurgan et Jarbasch, in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), in Turcomania boreali (Karelin), prope Kuldscha (A. Regel), in Dschungaria ad fluvium Tersakkan (Schrenk).

γ. *atrofuscus* (Rgl. l. c.).

J. atrofuscus Rupr. fl. samoj. — J. Gerardi var. atrofusca Trautv. pl. Schrenk. n. 1155.

In Dschungaria (Schrenk), Mai-Tschilik in regione Norsaissan (Semenow), ad fluvium Ili non procul a Kuldscha, ad lacum Sairam (A. Regel).

δ. *nigricans* (Rgl. l. c.); anthela contracta, perigonii phyllis obtusiusculis fuscis nigro-marginatis.

In montibus thianschanicis inter fluvios Tekes et Kegen in trajectu Sarydschas (A. Regel), in trajectu Kokdschar (Semenow), prope Kuldscha (A. Regel).

Forma humilis var. praecedentis, caule circiter 8—20 Cm. alto; anthela nunc contracta, nunc glomeruliformis.

ε. *salsuginosus* (Rgl. l. c.).

J. salsuginosus Turcz. cat. baic. n. 1164. — Ledb. fl. ross. IV. p. 230.

A lusu praecedentis anthela glomeruliformi «perigonii phyllis exterioribus acutis» vix diversus.

In montium Tersk-alatavicorum valle fluvii Dschauku (A. Regel).

7. *Juncus bufonius L.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 231).

In Turkestania occidentali et orientali satis frequens (omnes collectores).

β. *glomeratus;* anthela composita, floribus glomeratis.

In montibus Dschagastai 2—3000′ alt. (A. Regel).

8. *Juncus Tenageja Ehrh.* (Ledb. l. c. p. 232).

In deserto kirghisico ad fl. Ural (Borszczow).

9. *Juncus castaneus Smith.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 232).

In montium alatavicorum occidentalium valle fluvii Tschotkal prope Bakrak, formam florum glomerulis 4, caule 45 Cm. alto legit A. Regel.

10. *Juncus triglumis L.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 233).

α. *nigricans;* squamis involucrantibus perigonioque nigricantibus.

In trajectu Kumbel montium Alexander 9000′ alt., inter Sumbe et Kasan 7—8000′ alt., in montibus thianschanicis ad fluvium Scharysu

7—8000′ alt. (A. Regel), in Dschungariae montibus alatavicis (Schrenk, Kar. et Kir.).

β. *fuscatus;* squamis involucrantibus perigonioque fuscescentibus.

— J. fuscatus Turcz. pl. exsicc.

Angustura Duwara in itinere ad lacum Issyk-kul (A. Regel).

11. *Juncus acutus L.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 234).

β. *litoralis Trautv.* in acta h. petrop. V. p. 480. — J. litoralis C. A. Meyer ind. cauc. p. 34. — J. acuto-maritimus E. Mey. in Ledb. fl. ross. IV. p. 234.

«Anthela supradecomposita effusa, perianthii phyllis omnibus apice late albido-scariosis obtusisque» a specie typica differt.

Peischambe in valle fluvii Sarawschan, ad lacum Tscharik non procul a Katty-kurgan (O. Fedtschenko).

E. Meyer nennt die äusseren Blättchen der Blüthenhülle dieser Form «spitz». Es ist das aber nicht der Fall, alle tragen an der Spitze einen breiten weissen häutigen Rand und sind daselbst abgerundet stumpf oder ausgerandet. Im älteren Zustande rollt sich der weisse Rand ein, so dass die äusseren Blättchen spitz erscheinen.

12. *Juncus trifidus L.* (Ledb. l. c. p. 223).

In deserti kirghisici cacumine montis Iremel-tau (Lehmann).

13. *Juncus maritimus Lam.* (Ledb. l. c. p. 234).

In provincia asterabadensi (Karelin).

Cyperaceae.

1. *Cyperus flavescens L.*

L. spec. 68.

Variat caule 5—40 Cm. alto, spiculis 5—18 Mm. longis. Forma spiculis elongatis C. vulgarem Sieber (Kunth enum. II. 4. — Ledb. fl. ross. IV. p. 239) exhibet.

α. *typicus;* glumis flavescentibus v. rufescenti-flavis.

C. flavescens L. (Ledb. fl. ross. IV. p. 229).

Prope Taschkent, formam caule humili spiculis brevibus et alteram caule elongato spiculis elongatis anthela composita capitato-congesta legit A. Regel.

β. *rubro-marginatus Schrenk* (enum. pl. nov. I. p. 3); glumis rubro- v. atrofusco-marginatis.

Ad ripas lacus Alacul in Dschungaria (Schrenk), non procul a Kuldscha, in montibus Dschagastai et prope Utsch-tübe ad pedem septentrionalem montium karatavicorum formam spiculis abbreviatis, — in montibus prope Kokmainak et ad fines occidentales Mongoliae prope Takiansi formam spiculis elongatis A. Regel collegit.

«Stylo bifido, caryopsibus subrotundo-ovatis teretibus fuscis, glumis obtusis» a C. fusco, — «caryopsibus teretibus subrotundo-ovatis apiculatis fuscis» a C. tatarico dignoscitur.

2. *Cyperus tataricus Less.*

Lessing in Linnaea IX. p. 221. — Ledb. fl. ross. IV. p. 240.

Habitus C. fusci, «caryopsi compressa ancipiti elliptica usque ovato-subrotunda obtusa lutea latere interiore plana, latere exteriore convexa» a C. fusco et C. flavescente differt.

In solo arenoso ad lacum Issyk-kul ad sinum Koisary non procul a Karakol (A. Regel).

Weder Ledebour sah diese Art, welche Lessing am Flüsschen Ilek im südlichen Ural entdeckte, noch befand sich dieselbe bis jetzt in unseren Herbarien, die charakteristische Form der Früchtchen hebt aber jeden Zweifel, dass uns hier die von Lessing beschriebene Art vorliegt.

3. *Cyperus Monti L. fil.*

Ledb. fl. ross. IV. p. 240.

Prope Samarkand (O. Fedtschenko), prope Taschkent, in valle fluvii Tschirtschik montium alatavicorum occidentalium prope Parkus 4—6000' alt., in valle fluvii Ili prope Bajandai non procul a Kuldscha (A. Regel), prope Arustan in valle fluvii Ili. (Fetisow) et in montibus Dschagastai 2—3000' alt. (A. Regel).

4. *Cyperus patulus Kit.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 240).

Samarkand (Krause), in Turcomania prope fortilitium Tasch-arwat-kala (Maloma).

5. *Cyperus fuscus L.* (Ledb. l. c. p. 241).

«Stylo trifido, caryopsi triangulari» a C. flavescente et C. tatarico dignoscitur.

Prope Taschkent et in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), in Kokania ad fluvium Maili (Krause), ad fluvium Almaty prope Wernoje 2500' alt. (Semenow), prope Tokmak ad fluvium Tschu et ad fluvium Ili prope Kuldscha (A. Regel), in Dschungaria ad ripas fluviorum Irtysch, Aksu et Karatab, nec non inter montes Tarbagatai et lacum Nor-saissan (Schrenk).

6. *Cyperus songoricus Kar. et Kir.* (cfr. Ledb. l. c. p. 241).

In Dschungariae borealis monte Kürtschum ad rivulorum margines (Karelin et Kirilow).

7. *Cyperus rotundus L.* (Ledb. l. c. p. 242).

Circa Taschkent (A. Regel), ad lacum Tscharik-kul non procul a Katti-kurgan et prope Dschusak (O. Fedtschenko), in itinere ad Chiwam prope Polwan-aryk (Korolkow), in Turcomania prope fortilitium Tasch-arwat-kala (Maloma), in Turcomania boreali et in provincia Asterabad (Kirilow in enum. pl. turcom. sub nom. C. rotundi et comosi).

8. *Cyperus longus L.* (Ledb. l. c.).

Prope Samarkand et Katti-kurgan (O. Fedtschenko), prope Taschkent (Korolkow), prope Buchara ad ripas canalium (Lehmann).

9. *Cyperus glomeratus L.* (Ledb. l. c. p. 242).

Ad fines occidentales Mandschuriae prope Takiansi (A. Regel), in Dschungaria ad fluvium Kara Irtysch (Karelin et Kirilow), in insulis fluvii Ural prope Inderskaja (Lehmann), in Turcomania prope Mangischlak (Karelin).

1. *Elaeocharis acicularis R. Br.* (Ledb. l. c. p. 243).

In deserto kirghisico ad fluvium Ural (Borszczow), in deserto dschungarico ad fluvium Kara Irtysch (Karelin et Kirilow).

2. *Elaeocharis palustris R. Br.* (Ledb. l. c. p. 244).

In paludibus Chiwae, Turkestaniae occidentalis et orientalis satis communis. (Omnes collectores).

3. *Elaeocharis Lehmanni Kierulff.* (Bunge reliq. Lehm. n. 1410).

Ad fluvium Kuwan-darja (Lehm.).

4. *Elaeocharis argyrolepis Kierulff.* (Bunge reliq. Lehm. n. 1412).

In deserto aralensi in regione fluvii Syr-darja (Borszczow), ad rivulum in fl. Syr-darja influentem (Lehmann).

5. *Elaeocharis ovata R. Br.* (Ledb. l. c. p. 245).

In Chanato Chiwa in palude prope Chasar-assna non procul a horto Chani (Korolkow et Krause).

1. *Scirpus pauciflorus Lightf.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 246).

In Turkestania orientali inter Sumbe et Kasan 8000′ alt., ad lacum Sairam 7—9000′ alt., in paludibus circa Kuldscha (A. Regel).

2. *Scirpus melanospermus C. A. M.* (cfr. Ledb. l. c. p. 247).

Annuus. Culmi teretes, erecti, glabri, basi vaginati; vaginae aphyllae v. superiores interdum in folium tereti-subulatum breve excurrentes. Spicae 2-plures, in glomerulum lateralem circiter in medio culmi congestae. Glumae ovatae, carinatae, longitudinaliter nervosae, apice in mucronem brevem e carina excurrentem plus minus patentem excurrentes. Setae hypogynae filiformes, glumas subaequantes, glabrae. Stigmata 2 vel rarius 3. Caryopsis subrotundo-ovata, triquetra, transversim corrugata, demum atrofusca.

α. *typica;* culmo 6—7 Cm. alto, spicis subgeminis.

S. melanocarpus C. A. M. Cyp. nov. n. 5. tab. 2 in mem. ac. petrop. I. — Ledb. fl. ross. IV. p. 247.

Prope Astrachan.

β. *major;* culmo 20—30 Cm. alto, florum glomerulo e spicis 3-pluribus composito.

In valle fluvii Sarawschan prope Kumyschkin (O. Fedtschenko).

3. *Scirpus mucronatus L.* (Ledb. l. c. p. 247).

Prope Taschkent (A. Regel), in Turcomania (Karelin).

4. *Scirpus triqueter L.* (Ledb. l. c. p. 248).

Ad fluvium Syr-Darja (Golike).

5. *Scirpus plumosus Rgl.*

Culmus triqueter, elatus, glaber. Anthela composita, involucri folio culmo simili erecto brevior; spicularum fasciculi plus minus longe inaequaliter pedunculati; spiculae oblongo-lanceolatae, apicem versus sensim attenuatae, pedicellatae; pedunculi pedicellique triquetri, margine scabri. Glumae ovatae, scariosae, emarginatae, nervo intermedio excurrente recto v. patente breviter aristatae. Setae hypogynae glumis duplo breviores, apicem versus pilis articulatis plumosae. Stigmata 2. Caryopsis obovata, compressa, fusca.

«Culmo triquetro, setis hypogynis plumosis» ab omnibus speciebus affinibus diversus.

Ad fluvium Amu-darja ad lacum non procul a montibus Kuschkentau in expeditione ad Chiwam (Korolkow et Krause).

6. *Scirpus lacustris L.* (spec. 72).

α. *typicus;* involucri phyllo anthela breviore; stigmatibus tribus.

S. lacustris Ledb. fl. ross. IV. p. 248 et auct.

In Kokania ad fluvium Maili (Krause), in deserto Bucharae mugosarico (Lehmann), prope Kokbekty in Dschungaria (Semenow).

β. *Tabernaemontani Trautv.;* involucri phyllo anthela breviore, stigmatibus saepissime duobus.

Sc. Tabernaemontani Gmel. (cfr. Ledb. fl. ross. IV. p. 248).

In paludosis in Turkestania orientali et occidentali frequens.

γ. *uliginosus Rgl.*, involucri phyllo anthela breviore, stigmatibus saepissime 2.

Sc. uliginosus Kar. et Kir. en. song. n. 844. — Ledb. l. c. p. 247. — Sc. Tabernaemontani β. uliginosus Rgl. pl. Semenov. n. 1109.

In Dschungaria prope Ajagus ad fontem Karabulak (Kar. et Kir.), Mai-Tschilik in regione Norsaissan (Potanin), prope Kuldscha (A. Regel), circa Samarkand (O. Fedtschenko).

Wir haben wiederholt bei der Untersuchung der hier aufgeführten Formen von S. lacustris, in dem gleichen Aehrchen 3-theilige und 2-theilige Griffel gesehen, und ebenso gehen auch die mit rauhen Punkten besetzten Bälge in glatte über, so dass wir uns ganz zur Ansicht von Trautvetter's bekennen, der zu Sc. lucustris den Sc. Tabernaemontani als Form gezogen hat.

In Turkestan herrscht die Form β. Tabernaemontani vor, die überhaupt vorzugsweise salzhaltigen Sümpfen eigen ist.

7. *Scirpus maritimus L.* (cfr. Ledb. fl. ross. IV. p. 249).

α. *typicus;* spicis pedunculatis.

β. *compactus* (Ledb. l. c.); spicis sessilibus glomeratis.

Var. α. et β. in Turkestania occidentali et orientali, in Turcomania nec non in Dschungaria satis communes.

γ. *macrostachys* (Ledb. l. c.); spicis pedunculatis subpollicaribus.

Prope Taschkent (A. Regel), ad fluvium Maili in Kokania (Krause).

8. *Scirpus sylvaticus L.* (spec. 75).

In montibus Dschirgalan 5—6000′ alt. (A. Regel), in Dschungaria ad lacum Alacul (Schrenk).

1. *Eriophorum Chamissonis C. A. M.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 253. — Trautv. pl. Schrenk. n. 1161).

In Dschungariae summis montibus alatavicis (Schrenk, Karelin et Kirilow), in paludosis alpinis in trajectu Kurmekty montium Tersk-alatavicorum et in trajectu Tekes montium thianschanicorum 8500—9500′ alt. (Semenow), in alpibus dschungaricis (Kar. et Kir.).

2. *Eriophorum angustifolium Roth.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 254).

In cacumine paludoso montis Iremel-tau desertorum kirghisorum (Lehmann); Sartau in regione Nor-saissan (Potanin).

1. *Isolepis oligantha C. A. M.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 255).

Caryopsis trigona, ovata, mucrone apiculata, matura nigrescens nitida.

In Turkestania occidentali in valle fl. Koskura (Korolkow), ad lacum Iskander (O. Fedtschenko), in Kokaniae angustiis Chodscha Tschiburgan

(O. Fedtschenko), ad fluvium Karakol montium Alexander, ad fluvium Ili prope Kuldscha (A. Regel), in Dschungaria prope Usung-bulak (Kar. et Kir. sub J. pumila).

2. *Isolepis Holoschönus R. et Schult.* (Ledb. l. c. p. 256).

In deserto kirghisico ad fluvium Ural (Borszczow), in deserto Jamankum ad fluvium Irgis (Lehmann), in montibus karatavicis prope Kulatschek et Karagus, prope Taschkent (A. Regel), in valle fluvii Sarawschan in angustiis Oalinsk (O. Fedtschenko), in valle fluvii Tschirtschik montium alatavicorum occidentalium (Sewerzow).

3. *Isolepis setacea R. Br.* (Ledb. l. c. p. 256).

Prope Kokmainak non procul a lacu Issyk-kul (A. Regel).

4. *Isolepis turkestanica Rgl.*

Annua. Culmi teretes, filiformes, striato-subcostati, glabri, 3—14 Cm. alti, basi foliati, folia superantes. Folia filiformia, planiuscula, margine saepe minute denticulato-scabra. Spicae solitariae v. binae, ovatae, ubi binae una sessilis altera pedunculata. Involucri folium culmo multoties brevius, spicam superans v. spicas binas circiter aequans, erectum, demum deciduum. Glumae ovatae, ex apice obtuso mucronatae. Flores omnes hermaphroditi, setis hypogynis destituti. Caryopsis compressa subrotunda, laevis. Stylus basi aequalis; stigmata 2.

Habitus J. setaceae R. Br., differt tamen «foliis planiusculis, spica altera ubi adest pedunculata, spicis majoribus, stigmatibus duobus, caryopsi laevi».

Prope Taschkent legit A. Regel.

5. *Isolepis Micheliana Roem. et Schult.* (Ledb. l. c. p. 257).

Ad ripas fluvii Ural prope Antonowa (Lehmann), in insula Ssara maris caspii (C. A. Meyer).

6. *Isolepis hamulosa Kar. et Kir.* (cfr. Ledb. l. c. p. 257).

In deserti dschungarici inundatis ad fluvium Kara-Irtysch (Karelin et Kirilow).

7. *Isolepis supina R. Br.* (cfr. Ledb. l. c. p. 256).

In inundatis ad fluvium Kara-Irtysch in Dschungaria (Karelin et Kirilow).

1. *Fimbristylis dichotoma Vahl.*

Fimbristylis dichotoma Vahl enum. p. 287 et 292. — Ledb. fl. ross. IV. p. 258.

Prope Taschkent (A. Regel).

2. *Fimbristylis laxa Vahl.* (Ledb. l. c. p. 258).

In Turcomaniae provincia asterabadensi (Karelin in enum. pl. turcom. n. 898 sub nom. F. annuae).

1. *Cladium Mariscus R. Br.* (Ledb. l. c. p. 259).

In valle fluvii Sarawschan prope Peischambe (O. Fedtschenko).

1. *Chaetospora nigricans Knth.* (Ledb. l. c. p. 260).

Non procul a Samarkand ad dejectum aquae Siab, in valle fluvii Sarawschan prope Peischambe (O. Fedtschenko), in insula Ssara maris caspici (C. A. Meyer).

1. *Blysmus compressus Panzer.* (Ledb. l. c. p. 260).

Ad lacum Sairam, circa Kuldscha et in montibus Dschagastai (A. Regel), in Dschungaria in montibus alatavicis (Schrenk).

β. *compositus Rgl.*

Culmo usque 45 Cm. alto, spicae spiculis inferioribus ramulosis spiculas plures gerentibus, nunc in apice culmi confertis, nunc 1—2 inferioribus valde distantibus.

Ad fluvios Tekes et Musart (A. Regel).

Der Blysmus compressus ist in Ostturkestan sehr gemein und kommt in kleinen wenigblüthigen Formen mit sehr schmalen Blättern, dann in der überall verbreiteten Form und endlich in Formen mit hohem Schaft und einer Aehre vor, deren untere Aehrchen abermals verästelt und entweder an der Spitze des Schaftes in eine zusammengesetzte Aehre zusammen gedrängt sind, — oder es sind auch zuweilen das unterste oder die 2 untersten Aehrchen von der Spitzenaehre weit entfernt gestellt.

2. *Blysmus rufus Lk.* (Ledb. l. c. p. 261. — Trautv. pl. Schrenk. n. 1163).

In Dschungaria ad ripas fluvii Nura (Schrenk).

1. *Elyna spicata Schrad.* (Ledb. l. c. p. 262).

In montibus Kungei-Alatau 8500′ alt. (Fetisow), in valle Musart montium thianschanicorum 9—10,500′ alt., inter fluvios Sumbe et Kasan, ad fontes fluviorum Chorgos et Borochudsir 9000′ alt., in monte Bogdo ad lacum Sairam 8—9000′ alt. (A. Regel), prope Wernoje ad fluvium Almatinka majorem (Fetisow).

2. *Elyna humilis C. A. M.* herb. (cfr. Trautv. in acta h. petrop. I. p. 21).

In montium Alexander trajectu Kumbel 9000′ alt., ad lacum Sairam, ad torrentem Talki, ad fluvium Almatinka minorem et majorem et prope Kutentass (A. Regel).

3. *Elyna schönoides C. A. Mey.* (cfr. Ledb. fl. ross. IV. p. 262).

In Dschungariae montibus alatavicis (Schrenk, Kar. et Kir.), in montibus thianschanicis in trajectu Musart 10—11,500′ alt. et in montium Altynimel angustiis Syrlitau, 6—7000′ alt. (A. Regel).

4. *Elyna stenocarpa Kar. et Kir.* (enum. pl. song. n. 870. — Ledb. l. c. p. 262).

In Dschungariae montibus alatavicis ad fluvium Sarchan (Karelin et Kirilow).

5. *Elyna kokanica Rgl.* (Cfr. pl. Fedtschenkoanae).

Affinis E. stenocarpae (Kar. et Kir. in enum. pl. song. n. 870), differt autem «culmo altiore (40—50 Cm. alto) apice scabro, foliis culmo 4—5-plo brevioribus, spiculis inferioribus e floribus 3—5 foemineis constantibus, achaenio vix trigono.

In Kokania (O. Fedtschenko).

Wir haben ebensowenig wie Lebebour ein Originalexemplar der E. stenocarpa Kar. et Kir. gesehen. Die Form der Früchte unserer Pflanze stimmt mit Karelin's und Kirilow's Beschreibung ganz überein und ebenso ist der Blüthenstand eine doppelt verästelte ovale Aehre, deren unterste Aehrchen zweiten Grades aus 3—5 weiblichen Blumen bestehen. Möglich dass unsere Pflanze mit der Karelin's und Kirilow's zusammenfällt, wir halten es aber für richtiger solche vorläufig zu trennen, bis uns wenigstens

Exemplare von der weit entfernten Lokalität, wo Karelin und Kirilow ihre Pflanze sammelten (Dschungarischer Alatau), zur Vergleichung vorliegen werden.

Carex L.

Sectio I. Spica simplici terminali.

B. *Androgynae.*

a. *Distigmaticae* (Trev. in Ledb. fl. ross. IV. p. 265).

1. *Carex macrorhyncha Kar. et Kir.* (enum. pl. song. n. 850. — Ledb. l. c. p. 266).

In Dschungariae humidis subalpinis montium alatavicorum ad fluvium Sarchan.

Sectio II. Spica composita globosa v. ovata.

A. *Distigmaticae* (Trev. in Ledb. fl. ross. IV. p. 269).

2. *Carex incurva Lightf.* (cfr. Ledb. l. c. p. 269).

Prope Chodschent (Sewerzow), non procul a Samarkand ad dejectum aquae Siab (O. Fedtschenko), in trajectu Dolon (Korolkow), in expeditione ad Chiwam inter Taschkent et Karak-ati (Korolkow et Krause), in Dschungariae montibus alatavicis in herbosis alpinis ad fluvium Lepsa (Kar. et Kir. enum. pl. song. n. 853).

Es liegen uns nur blühende Exemplare von C. incurva vor, weshalb wir nicht sicher sind, ob solche nicht vielleicht zu C. stenophylla gehören.

β. *curaica Trev.* (Ledb. l. c. p. 270. — C. curaica Knth. enum. II. p. 375).

In Kokania prope Karakasuk (O. Fedtschenko), Dschasyl-kul (Kuschakewicz), in montibus thianschanicis in trajectu Musart (A. Regel), in Dschungariae collibus apricis frequens (Kar. et Kir.), nec non in montibus alatavicis (Schrenk).

Cl. Trautvetter (pl. Schrenk. n. 1165) C. ovatam C. A. M. in fl. alt. IV. p. 207 et C. commutatam Turcz. in bull. de la soc. mosc. 1854. I. p. 205, ad hanc formam ducit.

3. *Carex stenophylla Wahlbrg.* (cfr. Ledb. l. c. p. 270).

In Turkestania orientali et occidentali frequentissima. (Omnes collectores).

Sectio III. Spiculae plures distinctae, omnes seu aliquot androgynae. Stigmata plerisque 2.

A. *Spiculae omnes apice masculae.* —

a. *Radix repens* (Trev. l. c. p. 272).

4. *Carex divisa Huds.* (cfr. Ledb. fl. ross. IV. p. 272).

In deserto fluvii Ural (Borszczow).

Carex intermedia Good. (cfr. Ledb. l. c. p. 273).

In valle fluvii Sarawschan prope Karassu 1750′ alt. (O. Fedtschenko), in Turkestania orientali ad rivum Kuiankus, in trajectu Kasan 9000′ alt., ad rivum Musart 9000′ alt. (A. Regel).

5. *Carex arenaria L.* (Ledb. l. c. p. 273).

In Turcomaniae provincia Astrabad (Karelin).

6. *Carex physodes M. B.* (Ledb. l. c. p. 274).

In regione fluvii Syr Darja desertorum aralensium (Borszczow), in Turkestania occidentali, Taschkent (Kuschakewicz), inter Orsk et Taschkent, in collibus arenosis prope Tschardara (O. Fedtschenko), in expeditione ad Chiwam in arenosis prope Manan-dschan, Kinderli et Karak-ata frequens (Korolkow et Krause), in Turkestania orientali in regione fluvii Ili in arenosis, prope Iliisk, inter Iliisk et Kutentass, ad rivos Chorgos et Talki, prope Suidun et Kuldscha (A. Regel), in desertis arenosis Dschungariae ad fluvios Tschu et Saryssu (Schrenk), inter fontes Sassykpastau et montes Arganaty (Kar. et Kirilow).

b. *Radix fibrosa.*

7. *Carex muricata L.* (cfr. Ledb. l. c. p. 275).

Ad ripas fluvii Ural prope Rasboinoi, nec non in pratis ad fluvium Ilek (Lehmann), in Kokania ad fluvium Maili (Krause), in Dschungariae montibus Tarbagatai (Schrenk), in valle Kerskenterek (A. Regel), in

montibus alatavicis dschungaricis (Karelin et Kirilow), ad fluvios Koksu et Talki (A. Regel).

β. *polyphylla*; spiculis inferioribus basi masculis, utriculorum minorum rostro breviore. — C. polyphylla Kar. et Kir. in enum. pl. alt. n. 890.

In Dschungariae sylvaticis ad torrentem Tschekarak-assu circa montes Tarbagatai (Kar. et Kir.).

8. *Carex vulpina L.* (Ledb. l. c. p. 275).

Samarkand (Krause), in regione Nor-saissan prope Mai-Tschilik et Jassyk-kul in paludibus (Potanin).

9. *Carex paniculata L.* (Ledb. l. c. p. 277).

In alpium transiliensium valle fluvii Tschilik, nec non in planitie elata Karkara, 5500—7500′ alt. (Semenow).

B. *Spiculae omnes basi masculae.* (Trev. l. c. p. 278).

a. *Radix fibrosa.*

10. *Carex borotalicola Rgl.*

Caespitosa. Caulis erectus, usque 40 Cm. altus, trigonus, apicem versus ad angulos scabriusculus, caeterum glaber. Folia linearia, glabra, culmo subduplo breviora. Spiculae in spicam densam terminalem congestae, pluriflorae, basi masculae. Squamae ovatae, subacutae, fuscae, utriculo breviores. Utriculi ovati, apice subito in rostrum obsolete bidentatum margine obsolete scabrum attenuati, ventre plani, dorso convexi, utrinque nervis pluribus prominentibus vestiti. Stigmata 2.

Habitus et spica C. teretiusculae, «utriculis elevato-nervosis» autem facile dignoscitur. A C. elongata, cui utriculis nervosis affinis, «panicula spiciformi densa, utriculis e basi ovata subito in rostrum attenuatis, nec lanceolatis sensim in rostrum attenuatis» diversa.

Ad fluvium Borotala superiorem 6000′ alt., nec non prope Kuiankus, 3000′ alt. (A. Regel).

11. *Carex canescens L.* (Ledb. l. c. p. 280).

Ad rivulum prope Iljinsk (Lehmann cfr. Bnge. reliq. Lehm. sub C. curta).

12. *Carex stellulata Good.* (Ledb. l. c. p. 282).

In Dschungariae montibus alatavicis ad fluvium Lepsa (Kar. et Kir.).

b. *Radix repens.*

13. *Carex brizoides Wimm.* (Ledb. l. c. p. 284).

Orenburg (A. Regel), ad ripas fluvii Ilek et prope Ilezkaja Sastschita (Bnge. in reliq. Lehm. n. 143 sub nom. C. Schreberi), in Dschungariae desertis ad fluvium Irtysch (Schrenk), nec non in herbidis montium Tarbagatai (Kar. et Kir.).

C. *Spica terminalis androgyna, laterales foemineae. Tristigmaticae* (Trev. in Ledb. fl. ross. IV. p. 284, 285).

14. *Carex Buxbaumi Wahlbrg.* (Ledb. l. c. p. 285. — Trautv. pl. Schrenk. n. 1169).

In Dschungariae montibus Alatau, Aktau et Bugaly (Schrenk, Kar. et Kir.).

15. *Carex atrata L.* (Ledb. l. c. p. 287).

In montibus alatavicis occidentalibus (Kuschakewicz, Fetisow, A. Regel), in alpibus dschungaricis meridionalibus et in montibus lacum Sairam cingentibus 7—8000′ alt. (A. Regel), ad fluvium Almatinka majorem prope Wernoje (Kuschakewicz), ad fluvios Karkara, Kokdschar et Dschauku in montibus Tersk-alatau (Semenow).

16. *Carex alpina Sw.* (Ledb. l. c. p. 286).

In Dschungariae humidis alpium ad fluvium Lepsa (Kar. et Kir.), nec non in humidis alpium Naryn ad torrentem Kensu (Kar. et Kir. sub nom. C. melanocephalae Turcz.).

17. *Carex nigra All.* (Ledb. l. c. p. 288).

In alpibus editioribus Kokaniae ad glaciem Dschiptik (O. Fedtschenko), in alpibus editioribus alatavicis occidentalibus et in montibus Alexander (A. Regel), in omnibus alpibus editioribus Turkestaniae orientalis a Wernoje ad fines Chinae, et ab alpibus dschungaricis usque ad alpes thianschanicas inter 7—12,000′ alt. (A. Regel, Fetisow, Kuschakewicz, Semenow).

var. melanantha (C. nigra β. Ledb. l. c.).

C. lanceolata der Autoren, wie solche Reichenbach (ic. fl. germ. I. tab. 41. fig. 1448) abbildet und wie uns solche auch in Exemplaren Westeuropa's und der Russischen Flora vorliegt, unterscheidet sich durch etwas breitere kürzere Kelchspelzen und kürzere Granne und ist nach unserer Ansicht nur eine Form (die uns aber aus Turkestan nicht vorliegt) von C. laxa Host. Was Roth als *C. lanceolata* (tent. fl. germ. I. p. 34) beschreibt, ist eine andere Art mit einer «arista dorsali recta», vielleicht ist es C. stricta Sprgl., was sich aber, da Roth das Vorhandensein oder Fehlen des Rudiments der zweiten Blume nicht berücksichtigt, nicht bestimmen lässt, sicher ist nur dass seine C. lanceolata von der der Autoren verschieden ist.

7. *Calamagrostis dubia Bnge.* (cfr. Bnge. reliq. Lehm. n. 1468. — Rgl. pl. Semenov. n. 1200).

In regionis fluvii Syr-darja deserto aralensi (Borszczow), Buchara et Samarkand (Lehmann), in Dschungariae regione fluvii Ilu (Schrenk), prope Kuldscha (A. Regel).

Die bald tiefere bald flachere Zahnung der Spitze der Blüthenspelze, aus deren mittleren, bald sehr kleinen, bald über die anderen sehr kleinen Zähne hervorragenden Zahn, die Granne hervorgeht, wechselt bei C. laxa so sehr, dass wohl auch C. dubia nur als eine Form zu betrachten ist, wo die seitlich vom Grunde der Granne befindlichen Zähnchen fehlgeschlagen sind.

1. *Agrostis alba L.* (Ledb. l. c. p. 437).

In Turkestania occidentali et orientali frequens. (Omnes collectores).

A. vulgaris in Turkestania adhuc ignota.

1. *Polypogon maritimus Willd.* (Ledb. l. c. p. 443).

In deserto transuralensi (Borszczow), Balakschiata in montibus karatavicis, Karakol in montibus alatavicis occidentalibus, Kutemaldy ad lacum Issyk-kul (A. Regel), in desertis dschungaricis prope Ajagus (Schrenk), ad fluvium Ters-akan (Politow), ad fluvium Saryssu (Schrenk), ad fluvium Kara-Irtysch (Karelin et Kirilow).

2. *Polypogon monspeliensis Desf.* (Ledb. l. c. p. 443).

In valle fluvii Sarawschan in montibus Daschti-kasi (O. Fedtschenko), in Turcomania prope fortilitium Tasch-arwat-kala (Maloma), in Dschungariae valle fluvii Kaitau (Schrenk), prope Suidun (A. Regel), in Afghanistaniae valle Kurrum (Aitchison).

3. *Polypogon litoralis Sm.*

Smith in comp. fl. brit. p. 13. — Koch syn. fl. germ. ed. II. p. 901.

Arista quam gluma circiter aequilonga (nec ea triplo longiore) a P. monspeliensi diversus.

Annuus, glaber. Culmi adscendentes v. erecti, spithamaei et ultra. Folia plana. Ligula protensa, oblonga, apice plus minus dentata. Panicula coarctata, oblonga, lobulata, densa. Spiculae uniflorae. Glumae subaequales, lineari-oblongae, margine carinaque pilis setosis brevibus sub lente ciliolatae, caeterum glabrae, e sinu aristatae, aristam circiter aequantes v. ea longiores. Flos quam glumae duplo brevior; palea inferior ex apice denticulato aristata, arista e gluma breviter exserta v. quam gluma brevior.

In locis interdum inundatis prope Taschkent ad canales (Krause), in valle fluvii Sarawschan in montibus Daschti-kasi (O. Fedtschenko), prope urbem Chiwam (Korolkow et Krause), in Afghanistaniae valle fluvii Kurrum (Aitchison).

1. *Milium effusum L.* (Ledb. l. c. p. 444).

In montibus alatavicis dschungaricis (Karelin et Kirilow, Schrenk), in montibus alatavicis transiliensibus ad fluvium Almatinka 3—4000 alt. (Semenow), ad torrentem Talki et in monte Bogdo non procul a lacu Sairam, in montibus Temirlik prope Podgorny 5—6000 alt., ad fluvium Musart 5—7000' alt., in montibus thianschanicis (A. Regel).

2. *Milium vernale M. Bieb.* (Ledb. l. c. p. 445).

In montibus Araschan-bulak in Turkestania occidentali (Krause).

3. *Milium caerulescens Schousb.* (Marocc. I. p. 34. — Desf. pl. atl. I. 66. tab. 12. — Piptatherum coerulescens Pal. de Beauv.

agrost. 18. tab. 5. fig. 10. — Urachne coerulescens Trin. gram. unifl. p. 172).

α. *typicum;* foliis planis, palea inferiore glabra, deinde nigra nitida.

In angustiis prope Sori in valle fluvii Sarawschan 4000—5400′ alt. (O. Fedtschenko), in Afghanistaniae valle fluvii Kurrum (Aitchison).

β. *holciforme;* foliis planis, palea inferiore a basi ad apicem pilis adpressis vestita.

M. holciforme Sprgl. syst. I. p. 251. — Griseb. in Ledb. fl. ross. IV. p. 446. — Urachne grandiflora Trin. gram. unifl. p. 174. — Ledb. ic. fl. ross. I. tab. 221. — M. holciforme α. typicum et γ. sphacelatum Rgl. in pl. Semenov. n. 1204.

In montibus karatavicis ad fluvium Bugun (Sewerzow), ibidem prope Ischtübe et Kulatschek, in montibus Alexander ad fluvium Talas minorem prope Kara-tschoka (A. Regel), in Afghanistaniae valle fl. Kurrum (Aitchison n. 898 et 328).

γ. *songoricum;* foliis planis, palea inferiore basi glabra, apice adpresse pilosa.

Karagus et Dschil-Karatau in montibus karatavicis (A. Regel), in valle Assu-Kindikty 5500′ alt. (Fetisow), in Dschungariae collibus prope Ajagus et in valle fluvii Bektautu (Schrenk), in montibus Tarbagatai (Karelin et Kirilow), ad fluvios Takyr, Koldjir, Tschargli-bulak in regione lacus Saissan (Potanin), in montibus alatavicis transiliensibus ad fluvium Almatinka 4000′ alt., ad fluvium Chorgos 3000′ alt., Kuiankus in valle fluvii Ili, Sary-bulak, ad fluvium Almatinka prope Kuldscha (A. Regel).

δ. *angustifolium;* foliis omnibus involuto-setaceis, paleis inferioribus omnino glabris deinde nitidis nigris.

In valle fluvii Kurrum in Afghanistania (Aitchison).

Piptatherum angustifolium Muroe, in collectione Aitchison n. 196 et 527.

ε. *kokanicum;* foliis radicalibus involuto-setaceis, culmis planis anguste linearibus, paleis inferioribus adpresse pilosis basin versus dorso glabris.

In valle fluvii Sarawschan prope Pachud et Warsaminor (O. Fedtschenko).

Ausser den oben erwähnten Formen von M. coerulescens, welche aus Afghanistan bekannt sind, hat Muroe noch eine neue Art, Milium (Piptatherum) laterale, aufgestellt, die Aitchison gleichfalls im Thale Kurrum Afghanistan's gesammelt hat. Mit Einschluss dieser letzteren finden sich also in Centralasien die folgenden Arten der Gattung Milium:

Milium.

A. *Flores mutici.*

a. *Panicula subsimplex spiciformis.*

M. laterale; foliis omnibus involuto-setaceis. (In Afghanistania. Piptatherum laterale Muroe).

b. *Panicula patens.*

M. effusum L.; radice perenni.

M. vernale M. B.; radice annua.

B. *Flores aristati, arista decidua.*

M. paradoxum L.; ligula abbreviata truncata. (Tauria, Caucasus, e Turkestania ignota).

M. coerulescens L.; ligula elongata.

1. *Lasiagrostis splendens Knth.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 446).

In Turkestania occidentali et orientali, valde frequens (omnes collectores).

2. *Lasiagrostis Caragana Trin.* (Ledb. l. c. p. 446).

In montibus karatavicis prope Kulatschek (A. Regel), in Kokania prope Kech et in montibus alaicis (O. Fedtschenko), in Turcomania boreali (Karelin), in montibus alatavicis occidentalibus ad fluvium Tschirtschik (A. Regel), in desertis dschungaricis (Schrenk, Karelin et Kirilow), ad fluvium Ili prope Kuldscha (A. Regel), in Afghanistaniae valle Kurrum (Aitchison n. 890).

Aristella longiflora Rgl.

«Panicula patente, flore glumam superante, arista geniculata», ab A. bromoidea Bert. diversa.

Culmus elatus, cylindricus, laevis, foliatus. Foliorum superiorum vaginae apicem versus inflatae, erecto-patentes, paniculae basin involventes. Paniculae patentis ramosi rami semiverticillati scaberuli. Spiculae uniflorae. Callus abbreviatus, breviter barbatus. Glumae lanceolatae, hyalinae; inferior minor 1—3-nervia, superior 3—5-nervia. Palea inferior subcoriacea, margine involuta, initio glumam aequans inclusa, deinde glumam $^1/_3$ superans, praecipue basin et marginem versus pilis setosis adspersa, praeterea sub lente minute pilosa, sensim in aristam (nec tortam) geniculatam patentem quam palea paullo longiorem attenuata, paleam superiorem acutam involvens.

In valle fluvii Ili prope Suidun (A. Regel).

Die Gattung Aristella unterscheidet sich durch die am Grunde nicht gedrehte Granne von Stipa. Grisebach beschreibt dieselbe (Ledb. l. c. p. 447) mit einer Granne die im Winkel der zweispitzigen unteren Blüthenspelze befestigt sei. Das ist aber ein Irrthum, denn die Blüthenspelze geht allmälig in die Grannen über, da sie aber sehr starr und mit den Rändern eingerollt ist, so reisst dieselbe beim auseinanderbiegen an der Spitze meist von der Granne ab und erscheint so zweispitzig. Reichenbach (Stipa Aristella Rchb. ic. fl. germ. I. tab. 1461) bildet die allmälig in die Granne übergehende Spitze der äusseren Blüthenspelze ganz richtig ab und Koch (syn. fl. germ. ed. II. pag. 908) stellt die Aristella bromoides zu Stipa. Die nicht gedrehte Granne ist aber ein guter Charakter für die von Trinius aufgestellte Gattung Aristella, unsere neue Art zeigt aber, dass solche auch mit abstehender geknickter Granne und mit Blüthenspelzen die später länger als die Kelchspelzen werden, vorkommt.

Leider liegt uns von unserer neuen Art nur ein unvollständiges Exemplar, ohne Wurzel und mit von der Spitze der Scheiden abgebrochenen Blättern, welche höchst wahrscheinlich von den Pferden abgefressen sind, vor.

Ptilagrostis mongholica Griseb. (in Ledb. fl. ross. IV. p. 447).

In montium thianschanicorum Kok-dschar pratis alpinis 7500—8500′ alt. (Semenow), in trajectu Musart 9000′ alt., Aktasch montium Dschagastai 8—9000′ alt., in trajectu Tschubaty 8—9000′ alt.

et ad lacum Kasan 9—10,000′ alt., in montibus lacum Sairam cingentibus (A. Regel), in jugis Sary-Kungei montium Terskei-alatau 7000—7500′ alt. (Fetisow).

1. *Stipa sibirica Lam.* (Ledb. l. c. p. 448). *)

In Afghanistaniae valle fluvii Kurrum (Aitchison n. 753 et 897).

2. *Stipa capillata L.* (Ledb. l. c. p. 448).

In Turkestania occidentali et orientali a Dschungaria usque ad Thianschan satis frequens (omnes collectores).

3. *Stipa consanguinea Trin.*

St. consanguinea Trin. et St. Richteriana Kar. et Kir. cfr. Ledb. fl. ross. IV. p. 449.

In argillosis desertorum dschungaricorum inter Ajagus et rivulos Donsyk et Tschulak, in montibus Arganaty (Karelin et Kirilow, Schrenk).

4. *Stipa orientalis Trin.* (Ledb. l. c. p. 449).

In monte Karak, in valle fluvii Sarawschan in angustiis Saratag (O. Fedtschenko), in montium alatavicorum occidentalium jugis ad fluvium

---

*) *Conspectus specierum generis Stipae floram rossicam incolentium.*

A. *Arista nuda.*

a. *Arista vix pollicari.*

St. sibirica Lam.

b. *Arista 8—12 pollicaris.*

St. gigantea Lag.; vaginis pubescentibus. (E Turkestania ignota).

c. *Arista 2—7 pollicaris.*

St. capillata L.; arista 4-7 pollicari; vaginis glabris v. margine tantum pilosis; palea inferiore basi adpresse pilosa, apicem versus glabra.

St. consanguinea Trin.; arista 2—6 pollicari; vaginis glabris, palea inferiore ad apicem pilosa et apice breviter barbata. (St. consanguinea et St. Richteriana).

B. *Arista a basi plumoso-pilosa.*

St. orientalis Trin.; arista 2—3 pollicari, glumis florem 3—4-plo superantibus.

St. Szovitsiana Trin.; arista 4—10 pollicari, glumis florem 2—3-plo superantibus.

C. *Arista a basi ad geniculum glabra, caeterum plumosa.*

St. Lessingiana Trin.; arista 4—6 pollicari, glumis in cuspidem tenuem sensim attenuatis.

St. pennata L.; arista 8—15 pollicari, glumis arista florem duplo v. magis superante terminatis.

Talas minorem (A. Regel), in Dschungaria in vallibus fluviorum Ulutau, Ajagus et Donsyk, in montibus alatavicis et Berkara (Schrenk, Karelin et Kirilow), ad fluvium Dschenischke et in valle Assy Kindikty (Fetisow).

5. *Stipa Szovitsiana Trin.* (Ledb. l. c. p. 450).

In deserto aralensi ad fluvium Syr-darja (Borszczow), in montibus karatavicis prope Karagus (A. Regel), in deserto Kisil-kum, in montibus Karak et ad puteum Baibek, in valle fluvii Sarawschan prope Obburden (O. Fedtschenko), in expeditione ad Chiwam inter Karak-ati et Adam-kir-ulgan (Korolkow et Krause), prope Bajandai et Kuldscha in valle fluvii Ili (A. Regel).

6. *Stipa Lessingiana Trin.* (Ledb. l. c. p. 450).

In montibus karatavicis prope Dschie, Karagus et Ischtübe (A. Regel), in deserto Kisil-kum ad puteum Baibek (O. Fedtschenko), prope Samarkand (Krause), Feisabad in Buchara (Neweski), inter Samarkand et Amu-darja (Majew), in valle fluvii Sarawschan in deserto inter Katti-kurgan et fluvii Ulus, item prope Dschisman (O. Fedtschenko), in expeditione ad Chiwam inter Karak-ati et Adam-kir-ulgan (Korolkow et Krause).

7. *Stipa pennata L.* (Ledb. l. c. p. 450).

In deserto Kisil-kum in montibus Karak, Ktschi-alai in Kokania, in valle fluvii Sarawschan in angustiis Saratag (O. Fedtschenko), in Afghanistaniae valle Kurrum (Aitchison), Turcomania (Karelin), in Dschungariae montibus Agadyr, prope Ajagus, ad fl. Lepsa etc. (Schrenk, Karelin et Kirilow), in montium alatavicorum transiliensium valle fl. Kebin 1000—5000′ alt. (Semenow), Dschassyl-kul (Kuschakewicz), in valle fluvii Ili prope Aktübe et Kuiankus (A. Regel).

1. *Aristida plumosa L.* (Ledb. l. c. p. 451).

In Turcomaniae monte Balkan (Karelin), Krasnowodsk ad mare caspicum (Eichwald).

2. *Aristida pungens Desf.* (Ledb. l. c. p. 451).

α. *typica Trautv.*; foliis brevioribus rigidis pungentibus. — Trautv. in acta h. petrop. I. p. 17. — A. pungens Knth. enum. I. p. 194.

In Dschungaria ad fluvium Saryssu (Schrenk).

β. *pennata Trautv.*; foliis elongatis filiformibus. — Trautv. l. c. — A. pennata Knth. enum. I. p. 194.

In deserto aralensi non procul a fluvio Syr-darja (Borszczow), in Turcomania (Karelin, Maloma), in deserto Kisil-kum inter montes Karak et Korschun (O. Fedtschenko), in expeditione ad Chiwam inter Karak-ati et Adam-kir-ulgan, inter fluvium Amu-darja lusus spiculis basi violascentibus (Korolkow et Krause), in Dschungaria ad fluvium Ajagus (Semenow), inter fontem Sassyk-pastau et montes Arganaty (Karelin et Kirilow), ad fluvios Saryssu, Ili et Tschu (Schrenk), ad fluvium Ili prope Suidun (A. Regel).

3. *Aristida Heymanni Rgl.* *)

Annua, multicaulis, spithamaea, glaberrima. Culmi graciles, foliosi, basi geniculati ramosi, superne simplices recti, inclusa panicula 14—30 Cm. alti. Folia tereti-setacea, 3—6 Cm. longa; ligula truncata, brevissima, ciliolata. Paniculae exsertae erectae spiciformis laxae ramuli solitarii usque terni, usque ad basin v. paullo altius floriferi, erecti, sub lente vix conspicue scaberuli. Spiculae uniflorae. Callus breviter barbatus. Glumae inaequales, uninerviae, muticae, sublineares, a basi ad apicem sensim attenuatae; inferior minor, carinata, in carina sub lente scaberula; superior longior, dorso convexa, glabra. Paleae 2; inferior glumam superans, coriacea, involuto-teres, linearis, dorso convexa glabra, margine scaberula, apice aristata; arista basi exarticulata, ad basin in aristas tres subaequilongas scaberulas circiter 1 Cm. longas quam palea paullo longiores partita.

In valle fluvii Ili in angustiis Koibin.

Species affinis A. vulgaris Trin. differt «radice perenni, ligula nulla, panicula laxiore apice saepe nutante, aristis duplo longioribus».

1. *Cynodon Dactylon Rich.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 452).

Ad fluvium Syr-darja prope fortilitium Perowski (Golicke), Taschkent (A. Regel), Kokania (O. Fedtschenko), Chiwa (Korolkow), in Buchara ad

*) Dedicavi viro celeberrimo A. L. Heymanno.

canales (Lehmann), in Turcomania prope fortilitium Tasch-arwat-kala (Maloma), in Dschungariae valle fluvii Chantau (Schrenk), nec non ad fluvios Lepsa et Sarchan (Kar. et Kir.), prope Kuldscha, in montibus alatavicis occidentalibus (A. Regel).

1. *Chloris Alberti Rgl.*

Annua. Culmi geniculati, adscendentes, glabri, basi ramosi, usque 40 Cm. alti, foliati. Folia linearia, plana, scabra; vaginae glabrae, culmi nodos non occultantes; suprema inflata; inferiores compressae; ligula truncata, brevissima, sub lente brevissime ciliolata. Spicae crebrae, umbellato-fasciculatae, usque 3½ Cm. longae, secundae, densiflorae. Spiculae biflorae. Glumae valde inaequales, persistentes, lineari-lanceolatae; inferior superiorem acutam subtriplo superans, sub apice bifida breviter aristata, in nervo dorsali scabra, quam arista quadruplo longior, flore inferiore paullo brevior. Flos uterque infra apicem longe aristatus. Flos inferior hermaphroditus, bipaleaceus; palea inferiore late ovata, superne penicillato-barbata, inferne glabra, apice bidentata; palea superiore aequilonga, lineari-lanceolata, glabra, apice bidentata. Flos superior pedicellatus, unipaleaceus, glaber, flore inferiore subduplo minor, complicatus, obverse oblongus, apice truncatus, sub apice aristatus; aristae scabrae, spiculam subtriplo superantes, rectae, circiter 6 Mm. longae.

Affinis Ch. polydactilae Sw., quae «ligula ciliato-barbata, glumis acuminato-subulatis, palea inferiore floris inferioris a basi ad apicem margine longe villoso-ciliata, floribus superioribus neutris duobus» differt. Chl. barbata Sw. «flore sterili bipaleaceo, paleis utrisque aristatis» diversa.

In Mongolia occidentali prope Takiansi (A. Regel).

1. *Beckmannia eruciformis Host* (Ledb. l. c. p. 453).

In Dschungaria ad fluvium Kara-kingir, ad lacum Alakul (Schrenk), ad fluvium Irtysch (Karelin et Kirilow).

1. *Digraphis arundinacea Trin.* (Ledb. l. c. p. 454).

In desertis fluvii Ural (Borszczow), prope Taschkent (Krause), in Dschungaria in montibus Tarbagatai et in valle fluvii Chantau (Schrenk) nec non in pratis montium alatavicorum ad fluvium Lepsa (Kar. et Kir.),

ad lacum Saissan (Potanin), ad fluvium Kebin minorem in montibus alatavicis transiliensibus, ad fluvium Ili prope Kuldscha (A. Regel).

1. *Phalaris minor Retz.* (Ledb. l. c. p. 455).

In valle fluvii Sarawschan prope Dscham (O. Fedtschenko), in Turcomaniae provincia Astrabad (Karelin).

1. *Phleum asperum Vill.* (delph. II. p. 61. tab. II. fig. 4. — Koch syn. fl. germ. ed. II. p. 898). *)

α. *typicum;* glumis in carina nudis.

In montibus karatavicis prope Arbat, prope Chodschent (Sewerzow), in hortis et culinariis urbis Taschkent (Krause), prope Wernoje (Semenow).

β. *annuum;* glumis in una eadem spica dorso ciliatis v. glabris (cfr. Ledb. l. p. 456).

Prope Taschkent (Krause), non procul a Katti-kurgan, in valle fluvii Sarawschan in montibus Daschti-kasi et prope Karassu (O. Fedtschenko).

2. *Phleum Boehmeri Wibel.* (Ledb. l. c. p. 456).

In Turkestania occidentali et orientali satis frequens. (Omnes collectores).

3. *Phleum pratense L.* (Ledb. l. c. p. 457).

Taschkent in hortis (Krause).

---

*) Die Diagnose, wie Grisebach in Ledebour's Flora diese Art von Ph. arenarium und Ph. tenue unterscheidet, übergeht gerade den besten Charakter, der von der Form der Kelchspelzen genommen, die bei den 3 Arten die von Koch hervorgehobenen folgenden Unterschiede zeigen:

Ph. asperum Vill.; glumis cuneiformibus ex apice truncato inflato-angulato breviter aristatis.

Ph. arenarium L.; glumis lanceolatis in aristam brevem acuminatis.

Ph. tenue Schrad.; spiculis plano-compressis ovatis, glumis dorso semilunulari-curvatis, apice breviter mucronulatis.

Von Phleum arenarium habe ich keine Exemplare aus dem Gebiete der Russischen Flora gesehen und Phleum pratense L. scheint in ganz Centralasien zu fehlen, denn die aus Taschkent uns vorliegende Form ist sicher nur in die dortigen Gärten eingeführt. Dagegen zeigt Phleum alpinum nach Phleum pratense übergehende Formen und es ist nach unserer Ansicht Ph. alpinum auch nur die Alpenform von Ph. pratense.

4. *Phleum alpinum L.* (Ledb. l. c. p. 458).

In montibus alatavicis ad fluvium Tschirtschik (Krause), in montium Alexander trajectu Kumbel 9000′ alt. (A. Regel), Sartau ad lacum Saissan (Potanin), in Dschungariae alpibus satis frequens (Schrenk, Karelin et Kirilow, A. Regel, Kuschakewicz), in montibus alatavicis transiliensibus et in jugis thianschanicis (Semenow, A. Regel), in montibus lacum Sairam cingentibus 6—8000′ alt. (A. Regel).

β. *intermedium;* spicis subcylindricis, aristis paullo brevioribus.

In monte Bogdo ad lacum Sairam 7—8000′ alt. (A. Regel).

1. *Crypsis alopecuroides Schrad.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 459).

In desertis fluvii Ural prope Koschuralsk (Lehmann), in ripis argilloso-calcareis fluvii Jakschi-Karagandy (Borszczow).

2. *Crypsis schönoides Lam.* (Ledb. l. c. p. 459).

In Turcomania ad sinum Hassan-Kali (Karelin), in Dschungaria ad fluvios Saryssu, Chatynosu et Bulonty (Schrenk), in valle fluvii Ili (Semenow, A. Regel).

3. *Crypsis aculeata Ait.* (Ledb. l. c. p. 460).

In deserto caspio (Borszczow), in deserto kirghisorum in montibus tumannicis (Karelin), Dschisak et ad lacum Ai-kul in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), in Turcomania boreali (Karelin), in Dschungaria ad fluvium Lepsa (Semenow), ad fluvios Chatynosu, Tschu, Saryssu et Dschisdy-kingir (Schrenk), inter montes Arganaty et fl. Ajagus (Karelin et Kirilow), ad fluvium Borotalam inferiorem et prope Takiansi ad fines occidentales Mongoliae (A. Regel).

4. *Crypsis Borszczowi Rgl.* (pl. Semenov. n. 1218).

Annua, culmo humili, nodoso, folioso, circiter 10 Cm. alto. Folia plana, linearia, sensim apicem versus attenuata, caule breviora, intus basin versus dense pilosa, extus glabra. Vaginae pilosae. Ligula nulla. Spiculae uniflorae, in paniculam spiciformem densam breviter cylindraceam basi nudam confertae. Pedicelli continui. Glumae 2, subaequales, a basi latiore lineari-lanceolatae, sensim in acumen lineare margine scabrum attenuatae, a basi supra medium dorso margineque subvillosae. Paleae 2,

valde inaequales; inferior superiorem $^1/_3$ longitudinis superans, carinata, ex apice emarginata in aristam rigidam rectam brevem scabram transiens. Palea superior latissima, hyalina, apice truncata et ibidem ciliata, deinde facile bipartita. Caryopsis ovoidea, libera, palea superiore inclusa, pericarpio tenuissimo hyalino. Glumarum configuratione, palea superiore in aristam rigidam brevem excurrente, palea superiore facile bipartita 2-nervia a C. alopecuroidi dignoscitur.

In deserto aralo-caspio Ust-Ürt leg. Borszczow.

1. *Alopecurus alpinus Sm.* (Ledb. l. c. p. 461). *)

In montibus Iremel tau deserti kirghisici, in Dschungariae jugis Tarbagatai (Karelin et Kirilow).

A. alpinus et A. brachystachys cfr. Ledb. l. c. p. 461 et 462. — Differt spiculis duplo paene minoribus crispulo-villosis, glumis ima basi tantum connatis ab A. pratensi et ruthenico.

A. glaucus β. altaicus fl. alt. I. p. 74 mea sententia etiam ad A. alpinum pertinet (v. sp. sicca authentica).

2. *Alopecurus pratensis L.* (spec. 88).

A. glaucus Less. in Ledb. fl. ross. IV. p. 462 excl. syn. β. — A. alpinus β. songoricus Schrenk pl. exsicc. — A. alpinus β. ventricosus

---

*) *Conspectus specierum centrasiaticarum generis Alopecurus.*

A. *Palea superior uninervis.*

A. Gerardi Vill. — A. vaginatus Pall. — A. ponticus C. Koch.
(Omnes e Turkestania ignoti).

B. *Palea superior nulla.*

a. *Species perennes.*

1. *A. alpinus Sm.;* glumis subdistinctis crispo-villosis v. sublanatis.
2. *A. pratensis L.;* glumis infra medium connatis apice rectis acutis, arista geniculata glumas duplo superante.
3. *A. ruthenicus Weinm.;* glumis infra medium connatis apice divaricatis acutis, arista recta inclusa v. glumas paullo superante.

b. *Species annuae.*

4. *A. geniculatus L.;* arista glumas obtusas duplo superante.
5. *A. fulvus Sm.;* arista inclusa v. glumas obtusas paullo superante.
6. *A. agrestis L.;* arista glumas acuminatas duplo superante.

Kar. et Kir. enum. pl. alt. n. 899 (Griseb. in Ledb. l. c. sub nomine A. glauci).

In Turkestania prope Taschkent (Krause), Aitschi-dagana, in angustiis Basmandinsk, in Kokania ad glacies Schtschurowski, in Dschungariae montibus Tarbagatai et ad fluvium Baskan (Schrenk, Karelin et Kirilow), in montium Alexander trajectu Karakia, in angustiis Syrlitan montium Altyn-imel, in valle Kerskenterek, ad lacum Issyk-kul, in trajectu Tschaptschal in pratis 4—8000′ alt. (A. Regel).

3. *Alopecurus ruthenicus Weinm.* (Ledb. l. c. p. 463).

α. *typicus;* spiculis virescentibus, arista inclusa.

In montibus karatavicis Dschan-bulak et Nau (Sewerzow), ad fluvium Syr-darja prope Perowski (Golicke), Taschkent (Krause), prope Karasu in valle fluvii Sarawschan et in montibus alaicis (O. Fedtschenko), in Dschungaria ad fluvios Nura et Tschilantschik (Schrenk), ad lacum Sairam (Fetisow), ad fluvios Ili et Tekes (A. Regel).

β. *nigricans;* spiculis nigricantibus, arista inclusa v. breviter exserta.

A. muticus Kar. et Kir. enum. pl. song. n. 872. — A. nigricans Hornm. h. hafn. I. p. 68. — A. geniculatus β. nigricans Fellm. ind. Kola n. 37. — A. ruthenicus γ. halophilus Griseb. in Ledb. l. c. p. 464.

In Dschungaria prope Dschus-agatsch ad fl. Ajagus (Karelin et Kirilow sub nom. A. mutici in herb. h. petrop.), ad fluvium Urtaksary (A. Regel).

γ. *exserens;* spiculis virescentibus, arista glumam sesqui v. subduplo superante.

A. ruthenicus β. exserens Griseb. (in Ledb. l. c. p. 464). — Ab A. pratensi glumis apice divaricatis, arista rectiuscula differt et transitum ad A. pratensem exhibere videtur.

In Dschungariae montibus Tarbagatai et Saratau (Schrenk), in montibus alatavicis transiliensibus in monte Turaigyr (Semenow).

4. *Alopecurus fulvus Sm.* (Ledb. l. c. p. 464).

Ad lacum Kossaral (O. Fedtschenko), in Dschungaria ad fluvium Lepsa (Karelin et Kirilow), ad fluvium Irtysch (Potanin), in montibus thianschanicis in angustiis Santass nec non ad fluvium Musart (A. Regel).

A. geniculatus L., von dem A. fulvus wohl nur eine Form, habe ich aus Turkestan nicht gesehen.

5. *Alopecurus agrestis L.* (Ledb. l. c. p. 465).

Tschimkent (Sewerzow), Taschkent (Krause, O. Fedtschenko), prope Samarkand et in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), in Afghanistaniae valle fluvii Kurrum (Aitchison).

1. *Oryza sativa L.* (spec. 465. — Knth. enum. I. p. 7).

Culta in Turkestania occidentali, in Kokania (O. Fedtschenko), in Chanato Chiwa (Korolkow), ad fluvium Borotala et Ili (A. Regel).

1. *Zea Mays L.* (spec. 1378. — Knth. enum. I. p. 19).

Culta in Turkestania occidentali et orientali.

1. *Lappago racemosa Willd.* (Ledb. l. c. p. 467).

In Turcomania ad sinum Hassan-kuli (Karelin).

1. *Digitaria glabra R. et Schult.* (Ledb. l. c. p. 468).

Prope Taschkent (Krause), in Chanato Chiwa (Korolkow et Krause), in Turcomania media (Karelin).

2. *Digitaria sanguinalis Scop.* (Ledb. l. c. p. 468).

In Afghanistaniae valle fluvii Kurrum (Aitchison).

1. *Panicum miliaceum L.* (Ledb. l. c. p. 469).

Cultum in Turkestania occidentali et orientali.

1. *Gymnothrix flaccida Munro* (in pl. Cl. Aitchisoni in Afghanistania coll.).

Affinis G. cenchroidei, seta unica involucelli ceteris duplo longiore, floribus minoribus etc. dignoscere videtur.

In Afghanistaniae valle fluvii Kurrum n. 904 (Aitchison).

1. *Setaria viridis Pal. de Beauv.* (Ledb. l. c. p. 470).

In Turkestania occidentali et orientali usque ad Turcomaniam, Kokaniam et Chiwam frequens. (Omnes collectores).

2. *Setaria italica Pal. de Beauv.* (Ledb. l. c. p. 471).
Culta in Turkestania.

3. *Setaria glauca Pal. de Beauv.* (Ledb. l. c. p. 471).
In regione sarawschanica inter Magian et Kostarasch, prope Samarkand (O. Fedtschenko), prope urbem Chiwa (Basiner), in Afghanistaniae valle Kurrum (Aitchison), prope Kuldscha et in angustiis fluvii Borborogussun (A. Regel).

4. *Setaria verticillatą Pal. de Beauv.* (Ledb. l. c. p. 472).
In Turcomaniae provincia Astrabad (Karelin).

1. *Echinochloa crus galli Pal. de Beauv.* (Ledb. l. c. p. 473).
Variat arista elongata v. abbreviata v. nulla.
In Turkestania occidentali et orientali, in Buchara et Chiwa, in Dschungaria. (Omnes collectores).

1. *Orthopogon undulatifolius Roem. et Schult.* (Ledb. l. c. p. 474).
Non procul a Samarkand (Neweski).

1. *Saccharum spontaneum L.* (mant. 183. — Knth. enum. l. p. 475).
Prope Taschkent ad fluvium Tschirtschik (A. Regel), prope Samarkand ad fluvium Maili (Krause), ad fluvium Sarawschan (O. Fedtschenko), in Afghanistaniae valle fluvii Kurrum (Aitchison).

1. *Imperata cylindrica Pal. de Beauv.* (Ledb. l. c. p. 474).
Ad fluvium Tschirtschik prope Taschkent, ad lacum Tscharik-kul prope Katti-kurgan, inter Katti-kurgan et Jarbasch, ad lacum Kossaral, prope Peischambe in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), prope Kumsuat (Korolkow), in Afghanistaniae valle Kurrum (Aitchison).

1. *Erianthus Ravennae Pal. de Beauv.* (Ledb. l. c. p. 475).
Taschkent et ad fluvium Tschirtschik (A. Regel), prope Tschinas, Nogai-kurgan, in valle fluvii Sarawschan prope Pendschikent (O. Fedtschenko), ad fluvium Maili (Krause), in Chanato Chiwa (Korolkow et Krause).

1. *Sorghum halepense Pers.* (Ledb. l. c. p. 475).
Prope Taschkent (A. Regel, Krause), prope Dschusak, in angustiis Dschamsk in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), ad fluvium Maili (Krause), prope urbem Kokand (O. Fedtschenko).

2. *Sorghum vulgare Pers.* (syn. I. p. 101. — Andropogon Sorghum Knth. enum. I. p. 501).
Cultum in Turkestania (Kamysch incolarum).
β. *nigrum Sprgl.*; glumis nigrescentibus. — S. nigrum R. et Schult. syst. II. p. 837. — Knth. enum. I. p. 501.
Cultum ad lacum Issyk-kul, ad fluvium Ili (A. Regel), ad fluvium Dumandei (Larionow).

3. *Sorghum cernuum Willd.* (enum. p. 1036. — Andropogon cernuus Roxb. fl. ind. or. I. p. 273. — Knth. enum. I. p. 501).
Colitur in Turcomania (Karelin), in valle fluvii Sarawschan prope Samarkand (O. Fedtschenko).

1. *Andropogon Ischaemum L.* (Ledb. fl. ross. IV. p. 477).
α. *typicus*; culmi nodis glabris.
Taschkent (Krause), inter Soch et Och (O. Fedtschenko), in Turcomania (Kirilow), Aischmara in montibus alatavicis occidentalibus, in montibus thianschanicis ad fluvium Musart 6—7000' alt., ad fluvium Dschauku in jugis Terskei-alatau (A. Regel), prope Wernoje (Semenow), in Dschungaria ad fluvium Lepsa (Karelin et Kirilow), in Afghanistaniae valle Kurrum (Aitchison n. 756 sub nom. falso Andr. punctati).
β. *songoricus*; culmi nodis brevissime pubescentibus. — Rupr. in Schrenk enum. pl. nov. I. p. 2.
Pachud in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), in Dschungariae montibus Tarbagatai (Schrenk).

2. *Andropogon hirtinoides Muroe* (Ischaemum hirtinoides Muroe mess. in pl. a Aitchisonio lectis).
«Spicis simplicibus v. paniculato-oligostachyis, spiculis muticis glabris» dignoscitur.
In valle Afghanistaniae Kurrum (Aitchison).

1. *Apluda inermis Rgl.*

Culmus debilis, erectus v. adscendens, basi ramosus, ut nodi glaber, 50—70 Cm. altus, foliatus. Folia linearia, plana, minutissime scabra; vaginae internodiis pluries breviores, striatae, glabrae; ligula oblonga, antice ciliolata v. bifida. Panicula laxa, interrupta, e fasciculis vaginatis dense glomeratis composita; paniculae rami e vagina foliorum superiorum inter se valde remotorum erumpentes, filiformes, inferiores subelongati fasciculos 2—3 inter se remotos gerentes, superiores ramulique laterales ramorum valde abbreviati fasciculum solitarium gerentes. Fasciculi e fasciculis partialibus minoribus 2-pluribus bractea foliacea iis longiore fulcratis compositi. Fasciculi partiales e glomeris breviter petiolatis saepissime 5—7 umbellato-dispositis compositi; pedunculi subglabri, glomerulo 3—4-plo breviores, basi bracteis linearibus hyalinis uninerviis pedunculum superantibus vestiti. Glomeruli bractea multinervi virescenti basi vaginata ex apice bifido in aristam subulatam quam vagina plus duplo breviorem spiculas subinclusas superante suffulti; exteriores steriles; interiores 2—3 fertiles, e spiculis 2 rudimentoque pedicelliformi pedicello spiculae superioris opposito compositi. Spiculae minimae, uniflorae; inferioris sessilis fertilis glumae 2, plurinerves, inermes, subaequales, glabrae; gluma inferior rigidior complicata, obtusa; gluma superior hyalina, complicata, subsemiorbicularis, e dorso semiorbiculari breviter acuminata, florem bipaleaceum minimum inermem hyalinum includens; spicula superior in pedicello oblongo compresso terminalis, nunc e glumis duabus lanceolatis virescentibus subacutis tantum composita paleis genitalibusque nullis, — nunc mascula, e glumis similibus paleisque duabus lanceolatis hyalinis staminibusque tribus constructa.

In Kokania, non procul a Namagan (O. Fedtschenko).

Valde affinis A. geniculatae Roxbg., quae panicula densiore, fasciculis partialibus e glomerulis 3 compositis, bractea glomerulorum mutica v. mucrone brevissimo terminata.

Die gewöhnliche Bezeichnung der Blüthen ist bei Apluda und den vewandten Gattungen unrichtig, so dass wir andere gewählt haben: den knaulförmigen Bündel von zusammengehäuften kleinen Blättern (Brakteen), die an den Stielen der letzten doldenförmig gestellten Bündelchen (glomerulae) zu häutigen Brakteen werden, und in letzter Reihe von Blumen, haben wir «fasciculus», die kleineren Bündel aus denen derselbe besteht aber «fasciculus partialis» genannt. Dann folgen die noch durch eine verhältnissmässig lange Braktee gestützten glomeruli, die doldenartig zu 3 bis 7 zusammengestellt sind. Die glomeruli werden fälschlich meist als Blumen bezeichnet, während sie aus einer sitzenden Braktee und einem sitzenden und einem gestielten Aehrchen bestehen. Das sitzende fruchtbare Aehrchen sitzt eigentlich in der Gabel von 2 Blüthenstielen, von denen der eine ein steriles oder männliches Aehrchen trägt, der andere aber als stielförmiges auch bei A. geniculata vorhandenes Rudiment auftritt. Jedes der kleinen Aehrchen, die ebenfalls Blumen genannt werden, besteht wieder aus den Kelchspelzen und bei den fruchtbaren Blumen auch aus den Blüthenspelzen. Mit anderen Worten, es ist hier ein knaulförmig gehäufter Blüthenstand vorhanden, dessen Blüthenährchen sehr klein und einblumig und nach unten von verschiedenartig gehäuften Brakteen und zuletzt Blumen zusammen gesetzt sind.

1. *Anthistiria anathera Nees* (in Steudel Gramineae p. 402. n. 32).

In Afghanistaniae valle Kurrum (Aitchison n. 1202).

Balanophoraceae.

Cynomorium coccineum L.

L. spec. pl. ed. IV. p. 89. — Eichl. in DC. prodr. XVII. p. 123.

Ad lacum Balchasch (Schrenk), in planitie elevata Konurulen, in angustiis Buam non procul a Kokmainak ad lacum Issyk-kul (A. Regel), in valle fluvii Ili (Semenow).

Salviniaceae.

Salvinia nutans Hoffm. (Ledb. fl. ross. IV. p. 495).

In chanato Chiwa (Korolkow et Krause), in Kokania inter Tschinawat et Namagan (O. Fedtschenko).

Marsiliaceae.

Marsilia strigosa Willd. (Ledb. l. c. p. 494).

In Dschungariae montibus Arkat, Karkaraly, Sandyktas et inter Koktschetau et Attbasar (Schrenk).

Selaginellaceae.

Selaginella sanguinolenta Spring. (Ledb. l. c. p. 501).

In montibus Achburtasch 4—5000′ alt., in montibus thianschanicis ad fluvium Scharysu 7—8000′ alt., ad fluvium Musart 6—7000′ alt. (A. Regel).

Equisetaceae.

Equisetum arvense L. (Ledb. l. c. p. 486).

Non procul a Samarkand, prope Katti-kurgan et Schagimardan, ad lacum Iskander in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), in valle Kotschkur, prope Tschimtschana (Korolkow), in valle fluvii Tschirtschik (A. Regel), Burchantau (Fetisow), ad lacum Sairam et in valle fluvii Aryslyn 8000′ alt. (A. Regel).

Equisetum sylvaticum L. (Ledb. l. c. p. 487).

In Dschungariae montibus alatavicis et ulutavicis (Schrenk).

Equisetum palustre L. (Ledb. l. c. p. 488).

In Dschungaria (Schrenk).

Equisetum limosum L. (Ledb. l. c. p. 489).

Ad fluvios Tendy-bulak et Kegen prope Wernoje.

Equisetum ramosissimum R. Desf.

Desf. fl. atl. II. (1800). p. 398 et 399. — Milde monogr. Equ. p. 429. — E. ramosum Schl. cat. pl. helv. 1807. p. 27. — Ledb. l. c. p. 489. — E. elongatum Willd. spec. pl. V. p. 8.

Valde frequens in regionibus centrasiaticis.

Variat:

α. *robustum;* caule robusto, 60—100 Cm. alto, 6—7 Mm. in diametro, 20—26 sulcato.

lusus a. *simplex;* caule simplici.

Prope Taschkent (Kuschakewicz).

lusus b. *subverticillatum;* nodis alteris nudis, alteris verticillato-ramosis.

Glaucum. Vaginarum dentes albido-scariosi v. fuscescentes, demum decidui. (E. Schaffneri Milde mon. Equiset. p. 420. tab. 23).

Taschkent (Kuschakewicz, Krause), Jarbasch in valle fluvii Sarawschan (O. Fedtschenko), prope Wernoje (Kuschakewicz), prope Suidun ad fluvium Ili (A. Regel).

β. *ramosum;* caespitosum; caule humiliore, tenuiore, 6—14 sulcato, irregulariter ramoso, virescente v. glauco.

E. ramosum Schleich. l. c.

Prope Taschkent (A. Regel), Samarkand (Neweski), Andischan, Schagimardan (O. Fedtschenko), in chanato Chiwa (Korolkow et Krause), in vallibus fluviorum Tschirtschik et Tschotkal, Talas, Talki et Ili (A. Regel).

γ. *virgatum;* caespitosum, caule tenui, 6—10 sulcato, simplici v. subsimplici, 20—40 Cm. alto, virescente v. glauco.

E. virgatum A. Braun in Flora. 1839. p. 305.

In Asia centrasiatica valde frequens. (Omnes collectores).

Die Formen von E. ramosissimum sind ausserordentlich zahlreich, von der grünen Färbung gehen solche bis zur auffallend blaugrünen über, ein einfacher Stengel, oder ein unregelmässig verästelter, oder, besonders bei der robusten Form, theilweise regelmässig quirlig-verästelter Stengel, dann dünne niedrigere oder robuste hohe bis 7 Mm. im Durchmesser haltende Stengel mit 6—26 Furchen, kommen vor. Alle diese Formen unterscheiden sich von den anderen Equiseten der russischen Flora durch die überwinternden Stengel, die gewölbten Rippen der Scheiden, welche keine vertiefte Linie tragen und ganz besonders noch die häutigen Zähne der Scheiden, die meist weiss, seltener bräunlich gefärbt sind. Dieser letztere Unterschied scheidet sie besonders von den in der Form oft ähnlichen E. limosum und E. palustre. Unsere Form mit wirtelförmig gestellten kurzen Aesten, hat die Tracht, wie Milde sein E. Schaffneri (Milde mon. tab. 23) abbildet und dürfte mit diesem identisch sein, wir halten es aber um so mehr für eine Form von E. ramosissimum, als uns auch eine ganz unverästelte Form vorliegt und eine wo der Ansatz zur Astbildung vorhanden ist.

Equisetum hiemale L. (fl. lapp. p. 311).

α. *typicum;* vaginarum dentibus exappendiculatis rotundato-obtusis. — E. hiemale Ledb. fl. ross. IV. p. 490.

Dschasyl-kul (Kuschakewicz), Ulutau et Karkaraly in Dschungaria (Schrenk), in planitie elata Kokkamir (A. Regel).

β. *Doellii Milde* (Milde Equiseti mon. p. 518); vaginarum dentibus in appendicem lanceolato-subulatum excurrentibus, appendice persistente v. demum caduca.

Prope Wernoje et in valle fluvii Aryslyn (A. Regel).

Filices.

Botrychium Lunaria L. (Ledb. fl. ross. IV. p. 504).

Isfairam, inter Langar et Tengis in Kokania (O. Fedtschenko), ad fluvium Chorgos superiorem 9000′ alt., ad lacum Sairam, in montibus thianschanicis ad glaciem in trajectu Musart 11—12,000′ alt. (A. Regel).

Gymnogramme Ceterach Sprgl. (Ledb. l. c. p. 507).

Ad fluvium Maili (Krause), Scharabagutschi 4—5000′ alt. in montibus Achburtasch, ad fluvium Almatinka minorem 3000′ alt. prope Wernoje, in montibus thianschanicis ad fluvium Musart 5500—6000′ alt. (A. Regel), ad fluvium Dschauku in montibus Terskei-alatau (Fetisow).

Polypodium vulgare L. (Ledb. l. c. p. 508).

In Turcomania boreali (Karelin), in desertis kirghisicis (Miroschnitschenko), in Dschungariae montibus Karkaraly et Arkat, non minus prope Ajagus (Schrenk, Karelin et Kirilow, Semenow), prope Wernoje (Kuschakewicz, A. Regel), ad fluvium Almatinka minorem 6000′ alt., ad fluvium Taldy 8—9000′ alt., in montibus Temirlik prope Podgorny, ad fluvium Musart in montibus thianschanicis 5500—6000′ alt. (A. Regel).

Polypodium Dryopteris L. (Ledb. l. c. p. 509).

In Dschungaria prope Ajagus (Karelin et Kirilow).

Polypodium Alberti Rgl.

Polypodium, subgenus *Phymatodes*.

Nervi secundarii in areolas irregulariter confluentes; areolae appendiculos liberos apice incrassatos includentes. Sporae stria solitaria notatae. Sori reti nervorum secundariorum insidentes.

Sectio. Frons simplex, tenuis. Nervi secundarii valde perspicui in areolarum nervos transientes nec marginem subattingentes.

Rhizomatis breviter repentis squamis lanceolatis v. ovato-lanceolatis acuminatis breviter ciliatis membranaceo-hyalinis reti nervorum valde conspicuorum notatis foliis Jungermanniae similibus a P. Swartzii Baker (P. serpente Sw.) facile dignoscitur.

Caespitosum. Rhizoma breviter repens, subterraneum, subvermiculare. Folia lineari-lanceolata, obtusa, incluso petiolo 4—14 Cm. longa, ½—1 Cm. lata, glaberrima, tenuia, integerrima, basi in stipem 3—4 Cm. longum sensim attenuata. Sori rotundi, uniseriales.

Habitu P. Schraderi Mett. et P. (Pleopelti) ussuriensi Rgl. affine, quae foliis crassioribus nervis vix distinguendis facile dignoscuntur.

In montibus thianschanicis in trajectu Musart 6—8000′ alt. (A. Regel, Fetisow), in monte Irenchabirga ad fluvium Zaganussu 6—8000′ alt. (A. Regel).

Ausserdem hat Dr. Bretschneider Exemplare dieser ausgezeichneten neuen Art von den Hochgebirgen im Süden von Peking eingesendet.

Milde (Filices Europae et Atlantidis pag. 16), der unser Polypodium (Pleopeltis) ussuriense (Rgl. fl. uss. pag. 175) gesehen, hat dasselbe mit P. Schraderi Mett. (P. elongatum Schrad.) vereinigt und nach unserer Pflanze und dem P. Schraderi eine gemeinsame Diagnose entworfen. Im Habitus stimmen beide Arten mit einander überein. Bei unserem P. ussuriense ragen aber aus der Spitze der Maschen des undeutlichen Adernetzes je eine, seltener zwei freie Venen hinein, die in einen hellen durchsichtigen Punkt enden, welche Punkte steril bleiben und auch auf den fruchtbaren Wedeln, neben den Fruchthäufchen leicht zu erkennen sind. Bei P. Schraderi ist einmal das Adernetz fast gar nicht zu erkennen und helle Punkte kommen gar nicht vor oder ganz einzeln und unregelmässig, dann hat das letztere grössere schwärzliche Schuppen des Rhizom's, die aus breitem ovalem Grunde zugespitzt und vom Grunde bis zur Spitze mit einem durchsichtigen netzförmig geadertem Rande umgeben sind, während bei

P. ussuriense die Schuppen kleiner, aus lanzettförmigem Grunde zugespitzt und nur am Grunde den durchsichtigen netzförmigen Rand erkennen lassen.

Aspidium Lonchitis Sw. (Ledb. l. c. p. 512).

In valle fluvii Ona-Ulgan superioris 11—12,000′ alt. (Korolkow), in montibus thianschanicis 8—12,000′ alt. (Kuschakewicz), in monte Aryslyn in valle fluvii Kasch 8000′ alt. (A. Regel).

Aspidium Thelypteris Sw.

Sw. syn. Fil. p. 50. — Polypodium Thelypteris L. mant. p. 205. — Polystichum Thelypteris Roth fl. germ. p. 77. — Ledb. fl. ross. IV. p. 513.

Ad fluvium Tschirtschik non procul a Taschkent (Korolkow), prope Andischan (Neweski), in Dschungaria ad rivulos in montibus ulutavicis, ad fluvium Tschu (Schrenk), ad fluvium Tabyldsche (Larionow).

Aspidium Filix mas Sw.

Sw. syn. Fil. p. 55. — Polypodium Filix mas L. spec. 1551. — Polystichum Filix mas Roth fl. germ. III. p. 82. — Ledb. fl. ross. IV. p. 514.

In Turcomania boreali (Karelin), Nogai-ullan, Ona-Ulgan 11—12,000′ alt., Birtsch-Mulla 3000′ alt. in montibus alatavicis occidentalibus (Korolkow), ad fluvium Almatinka minorem 5000′ alt. prope Wernoje, ad fluvium Talky, in montibus Achburtasch, Scharabagutschi 4—5000′ alt., prope Podgorni 5—6000′ alt., ad rivulum Chanachai prope Kuldscha (A. Regel), in Dschungariae montibus Karkaraly, ad fluvios Lepsa et Dschamantjuja (Schrenk), prope Aktschavly (Kar. et Kir.).

Aspidium cristatum Sw. (syn. Fil. p. 52. — Polystichum cristatum Ledb. l. c. p. 515).

In Turcomania boreali (Karelin).

Cystopteris fragilis Bernh. (Ledb. l. c. p. 516).

In Turkestania occidentali et orientali satis frequens. (Omnes collectores).

Huc pertinet Woodsia glabella Rgl. in pl. Semenov. n. 1230.

Anmerkung. Ein kelchförmiges Indusium, gestielte Kapseln im Fruchthäufchen und ausserdem in letzterem gegliederte Haare, sind die Unterschiede, welche Woodsia von Cystopteris unterscheiden. Unter Cystopteris fragilis kommen nun Exemplare vor, die durchaus Blattschnitt und Blattheilung der Woodsia glabella zeigen. Wenn nun C. fragilis nur mit ganz jungen Fruchthäufchen vertreten ist, wo das Indusium noch das ganze Fruchthäufchen deckt, wie das bei den von mir früher zu Woodsia gezogenen Exemplaren der Fall war, kann man dieselben leicht mit Woodsia verwechseln. Ausserdem sieht man bei Exemplaren mit ganz entwickelten Fruchthäufchen, wo die Kapseln ihre Sporen schon entleert haben, bei beiden Gattungen meist keine Spur mehr vom Indusium, und man kann Woodsia in diesem Zustande nur durch die im Fruchthäufchen befindlichen gegliederten Haare unterscheiden, welche bei Cystopteris nicht vorkommen, während bei letzterer Gattung die Kapseln im späteren Zustande gleichfalls gestielt sind.

Woodsia ilvensis R. Br. (Ledb. fl. ross. IV. p. 510).

In Dschungariae montibus Karkaraly et Bajan Aul (Schrenk), prope Buchtorminsk (Karelin et Kirilow).

Asplenium Filix foemina Bernh. (Ledb. l. c. p. 518).

In Turcomania boreali (Karelin), in Dschungariae montibus Karkaraly et Ulutau in rivulorum ripis umbrosis (Schrenk).

Asplenium Halleri R. Br. (Ledb. l. c. p. 519).

In montibus thianschanicis ad fluvium Scharysu, 7—8000′ alt. (A. Regel).

Asplenium Ruta muraria L. (Ledb. l. c. 520).

In Kokaniae angustiis prope Schagimardan (O. Fedtschenko), prope Samarkand (Neweski), in Dschungariae montibus Karkaraly (Schrenk), ad fluvium Dschenischke in montibus Terskei-alatau (Fetisow), in planitie inter fluvios Ton et Konurulen, ad lacum Sairam, in montibus thianschanicis ad fluvium Musart, 5—7000′ alt. (A. Regel).

Asplenium Trichomanes L. (Ledb. l. c. p. 521).

In Turcomania (Karelin), prope Wernoje ad fluvium Almatinka minorem, in valle fluvii Dschirgalan non procul a Karakol ad lacum Issyk-kul, in montibus thianschanicis ad fluvium Musart 6000′ alt., Chanachai in montibus Achburtasch 5—7000′ alt. (A. Regel), Urtas-Aksu non procul a Kuldscha (Fetisow).

Asplenium septentrionale L. (Ledb. l. c. p. 521).

In desertorum kirghisorum monte Orkat (Semenow), in Dschungariae montibus alatavicis, Karkaraly et Arkat (Schrenk), ad fluvium Almatinka minorem prope Wernoje, in montibus Achburtasch prope Podgorny, 5—6000′ alt. (A. Regel), Karagaily ad fluvium Borochudsir (Fetisow), ad torrentem Talki et prope Scharabagutschi 4—5000′ alt. (A. Regel).

Scolopendrium officinarum Sw. (Ledb. l. c. p. 522).

In Turcomaniae peninsula Apscheron, nec non in Turcomania boreali (Karelin).

Pteris cretica L. (Ledb. l. c. p. 523).

In Turcomania ad fluvium Bahu (Karelin).

Cheilanthes Szovitsi Fisch. et Mey. (Ledb. l. c. p. 526).

In Kokania prope Schagimardan ad lacum Kutbun-kul (O. Fedtschenko).

Adiantum Capillus Veneris L. (Ledb. l. c. p. 527).

Prope Chodschent et Birtsch Mulla (Korolkow), prope San-gardan (Neweski), ad fluvium Kok-su in expeditione ad Chiwam (Korolkow et Krause), ad fluvium Bahu in Turcomania (Karelin), in valle fluvii Dschirgalan non procul a Karakol ad lacum Issyk-kul (A. Regel, Fetisow).

INDEX LOCORUM NATALIUM

QUI REPERIUNTUR IN DESCRIPTIONUM FASCICULIS I—VIII, RESPICIENS TABULAM GEOGRAPHICAM ADJUNCTAM ET EMENDATUS AB A. REGEL.

Ach-burtasch = Akburtasch = Ak-bugratasch. Montes Usuntan inter fluvios Ili et Tekes.

Adam-kir-ulgan = Adam-kir-ullan. In deserto Kisilkum.

Afrosiab. Prope urbem Samarkand.

Aganakatty = Sattely. Fluvius alpium dschungaricarum occidentalium.

Agias. Fluvius jugorum thianschanicorum, fluvium Tekes influens.

Ai. Fluvius Dschungariae.

Ajagus. Fluvius Dschungariae borealis, qui finem orientalem lacus Balchasch influit.

Ajagus. Urbs Dschungariae borealis.

Ajak. Puteus in deserto Kisilkum.

Aigirāk. Prope ostia fluvii Amu-darja.

Aiguruschkan. In deserto inter Taschkent et fl. Syr-darja.

